ΕΙΣΑΓΩΓΗ
GILB. GENEBRARDI THEOLOGI PARISIENSIS, DIVINARVM HEBRAICARVMQVE LITERARVM PROFESSORIS REGII,

Ad legenda & intelligenda Hebræorum & Orientalium ſine punctis ſcripta.

Ad S. P. Sixtum V. Pont. Max.



PARISIIS,

Apud Ægidium Gorbinum, ſub inſigne Spei, è regione Collegij Cameracenſis.

M. D. LXXXVII.

Sanctiſſimo ac Beatiſſimo Patri SIXTO QVINTO Pontifici Maximo,

Gilbertus Genebrardus Theolog. Pariſienſis, diuinarum Hebraicarúmque literarum Profeſſor Regius.

* * *

ARCANA veteris Hebręorum literaturæ, priuſquam illius diuini characteres humanis & Maſoreticis pūctis alligarētur, Sanctiſſime Pontifex, nulli melius, quàm V.S. enuntiare poſſim aut debeam. Nam non modo ſacras literas colis, verum etiam illarum patronum te apud omnes gentes vltrò conſtituis. Deinde cùm in Vrbem venire: memorias Apoſtolorum ingredi: limina Petri & Pauli exoſculari: Martyrum cryptas luſtrare: Apoſtolicorum, qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone & virtute ſtabilierunt, trophæa ſuſpicere: Religionis & Imperij antiqua monumēta ſpectare: Hebræos, Syros, Græcos, Abyſſinos & reliquos exteros, parum in noſtra Gallia cognitos, in Italia propter locorum opportunitatem, Cathedræ dignitatem, Eccle

ſiæ communionem creberrimos cõuenire: Variarum nationum, linguarum, literarum ſeminaria à præceſſoribus tuis condita, à te aucta, ac, vt omnes toto orbe confidunt, abſoluenda viſere: φροντιστήρια Græcorum à Theodoſio Zygomala Hieremię Patriarchę Protonotario, cæteríſque Conſtantinopolitanis cognita & celebrata terere: Viros eruditionis, virtutis, pietatis laude clariſſimos conſulere: Vaticanam, Marcianam, aliáſque bibliothecas locupletiores voluere: Illuſtriſſimum denique Cardinalem Ioyeuſeum Francicæ protectionis munere apud T. S. functurum comitari inſtituam, mihi ſic commodius aditum, ad tuos Apoſtolicos pedes amplectendos patefactum iri ſpero optóque. Notum enim eſt vetus verbum Diuos non eſſe adeundos ſine munere. Quod etſi T.S. ratione perexiguum videatur, noſtræ tamen profeſſionis & facultatis æſtimatione eſt perquàm maximum. Adde veterum veteris teſtamenti, vt Septuaginta Seniorum, vt Hieronymi interpretationes inde copioſam lucẽ hauſturas. Ideo enim ſæpe obſcuriores apparent, quòd inſpicienti puncta à recentioribus Rabbinis, quos Maſoretas appellant, elementis Biblicis affixa, poſt eiuſdem Hieronymi ſæculum, non facile occurrat, quid maiores illi noſtri legerint: cùm attendenti ad nudos characteres, regulis præſertim, quas in hoc opuſculum congeſſimus, inſtructos, illorum lectio non ſolùm emicet, verum etiam mirabilis ſapientia, qua per Spiritum S. ad præſtantiorem intelligentiam & diuinis myſteriis propiorem diuina oracula tranſtulerunt, plerunque effulgeat. Cuius rei guſtum hic

præbere-

præberemus fuſius, niſi haud contemnẽdum iam præbuiſſemus explicandis Pſalmis, & prębituri eſſemus aliquando, ſi Dominus noſtris conatibus, ſtudiis, cõſiliis fauerit, explananda noſtra vulgata vtriuſque Teſtamenti editione, & indicãda in vulgus aliarum, quę ſeptuaginta his annis conditę ſunt, quotidiéque nouę ſine numero cuduntur, cum improbitate, tum vanitate. Hoc interim qualecunque tuo S. nomini offerimus, vt ſi ad complurium proborum, doctorúmque Catholicorum calculos, tuũ adiicias, ſim ad ante dicta perficiunda inflammatior & ad alia capeſſenda acrior, quę quidem ceſſura Eccleſię vtilitati, veterum interpretum ſplendori, vulgatę editionis illuſtrationi illi & ego iudicamus. Salue igitur, nóſque ad te Lutetia venientes, Apoſtolici vultus ſerenitate recrea. Calend. Iunij. 1587.

LECTORI.

OCCASIO huius libri ſcribendi fuit, quod olim ego & plerique antea omnes deterreremur lectione Rabbinica,id eſt,pũctorum experte,tanquam *difficili*,vel etiam *impoſsibili,vel certè* arbitraria.Nec interim huic opinioni refellendæ vel ſanandæ vllus occurreret.

Accedebat,quòd,qui doctrinæ famam ſibi comparauerant,non modo hanc opinionem non eripiebant è tyronum mentibus, ſed etiam altius infigebant atque adeo augebant,ſiue vt ſoli *docti viderẽtur*,ſiue quia ſerio fortaſſe ita ſentiebant.

1 Campenſis, vir alioqui de lingua ſancta optime meritus , Eliæ Leuitæ diſcipulus, Clenardi præceptor , qui Lauanorum primus præceptiones Grammaticas ſatis obſcurè, parũ methodicè à Sante Pagnino,Reuchlino Capnione, & primis aliis Latinis Hebraicarum rerum tractatoribus explicatas,dilucidè,methodicè,cum luce & ordine edidit ad Eliæ Leuitæ præceptoris imitationem. Campenſis inquam dicere ſolebat non tam legi *Rabbinorum* ſcripta quàm *diuinari*.

2 Ab eo parum abſcedit quidam Cheuallerius,apud ſuos& cacolycos alicuius nominis, apud Catholicos & doctos malus & indoctus, Tum quaſi communis ſenſus expers & vacuus,*mancam* ſcripturam appellat *& imminutam* eam,quæ punctis caret,vt ideo audacter affirmet,& contra omnium hiſtoriarum *& ſeculorum* fidem,puncta ab ipſo Moſe vnà cum literis ſacris veteris teſtamenti in deſerto fuiſſe tradita. Eſſe enim nefas dictu, legem mancè , imminutè,imperfectè à Deo fuiſſe profectam.

3 Elias in libro Maſoreth Hammaſoreth,cui hiſtoriæ ſuorum veritas erat cõperta longè aliud & ſenſit & ſcripſit.Docet enim rationẽ illam legendi abſque punctis vſui & exercitationi eſſe tribuendam,atque in huius rei teſtimonium ſiue argumentum ait ſe Romæ conueniſſe Aethiopas presbyteri Ioannis legatos,qui reſponderũt ſe ſuam linguam & literaturam legere vſu,non preceptis.

4 Cheredamus in Alphabetho myſtico,tribuit præceptoribus,qui nos (inquit)Hebraicarum contractionum rationem doceant. Appellat contractiones omnia vocabula deſtituta vocalibus punctis.

5 Munſterus in ſua Chaldaica Grammatica præceptionibus Hebraicis , & Chaldaicis, vbi iis acceſſerit mediocris vocum perceptio & intelligentia.

Certè,vt iſta in ſummam colligamus, hæc plurimum habere momẽti negare nec poſſumus nec debemus. Excipio duntaxat diuinationem Campenſis & Ceuallerij mancitatem,ſiue defectionem,deliquium aut potius delirium.

Vſus, quem Elias poſtulat, *Præceptor*, quem Chæredamus exigit , *Præceptiones Grammaticæ vtriuſque linguæ*, a quibus præſidium & opem petit Munſterus cum aliqua ſacræ linguæ intelligentia magnam habent vim ad legendos Rabbinorum commentarios.

6 Sed ego doceo , tantiſper dum hæc omnia nobis comparamus *quandam eſſe artem*,

quandam rationem, quendam modum, vt non vbique conſtantem (nam in Grammaticis ſolet eſſe *aliqua exceptio*,) & immotam, at valde probabilem, ferè contingentem, quam ſi ſequamur veluti ducem, puto nos non facile aberraturos.

Quod firmo tribus rationibus. Prima, quoniam ars definitur obſeruatio ſiue collectio multorum præceptorum ad certum quendam finem tendentium. Colligi poſſunt, vt & hoc libro collegimus, certa præcepta ad vnum hunc legendi finem tendentia. Eius igitur eſt aliqua ars.

Secundam è conſuetudine Rabbinorum ducamus. Hi ſolent ſuis ſcriptis literas vocales inſpergere, vbi lectionis difficultas incidere poteſt, & ſolet, præterea adminiſtras quaſdā literas inſerunt, quæ nos propè dixerim, manu ducunt ad ipſorum lectionem.

Hæc conſuetudo, cum non ſit altera natura, quædam ars, quoddam artificium, quædam ratio ſit neceſſe eſt, ad illuſtrandam lectionis obſcuritatem.

Tertia ex ipſiſmet Hebræis petitur. Hebræi *hoc artificio* omnes linguas ſuis characteribus ſine punctis repræſentant & exprimunt Fagius in Pentateuchum hoc docet de Germanica, qua affirmat Hebræos, Germanicos multos & prolixos libros ſcripſiſſe nudis literis Hebreis. De Italica, Gallica, Hiſpanica liquet in Rabbinorū commētariis & Breuiariis, quæ ipſi appellant. מחוורים, סדרים סידורים, תפילות.

Contrarium infirmari poteſt. Primum ſcripta punctis expertia non ſunt abbreuiationes vel defectiones vt cenſuerunt Campenſis & Ceuallerius. Abbreuiationes ſunt dictionum compendia, non integræ dictiones, quæ proinde appellātur ראשי תיבות vel נוטריקון, notarikon, q. notariatus, à notis, voce à nobis, ſumpta, quando vocum capitalis, initialis, i. prima litera tantum ponitur. Quæ ſunt compendia vera & propria, nam minus propria, ſunt in quibus vltima duntaxat littera vel ſyllaba deficit. *Scripta Rabbinorum nō ſunt abbreuiationes.*

2 Quia in abbreuiationibus, vt in Græcis & Latinis apparet, literæ radicales & thematicæ vel *corripiuntur*, vel *ſurripiuntur*, ſiue de medio tolluntur. Dn̄s, pn̄s. ꝑ πρõς Hîc ſtatæ ſicut radicales.

3 In veris abbreuiationibus vocales omnes aut pleræque omnes deſiderantur, Ch̄rs, &c. At apud Hebræos, vt vbique vocales ſiue literas protractionis dictiones nō habeant, certè habent pluribus in ſyllabis. Vix enim reperias dictionem, cuius aliqua aut etiā duæ ſyllabæ non habeant vnam ex literis.

Secundo nō ſunt *contractiones*, vt cenſuit Chæradamus quod ab enumeratione partium demonſtrari poteſt. Omnis contractio vel eſt *κρᾶσις* vel *συναίρεσις* vel potius vt hanc ſubtilitatem Grammaticis relinquamus, Omnis contractio fit per craſim, i. eliſionem vocalium, vel per ſyncopem, quæ eſt conſonantium abſciſſio. Hic neque eliduntur vocales, nam potius ad oſtendendam lectionem adiiciuntur, vti dixi & hoc libro apparebit, neque abſcinduntur conſonantes, vt oculis & digitis percipi poteſt. *Nō contractiones.*

Tertio non ſunt ſyllabaria. Vt aliquis à ſimili poſſet contendere & augurari, quod Alphabethū Indicum non tam ſit Alphabethum, quam Syllabarium, quoniam vnaquaque Rabbinorum litera, ſiue character ſuam vocalem non infert. *Nō ſyllabaria.*

Quid igitur ſunt ſcripta huiuſmodi? Reſpondeo, non abbreuiationes, vt docui, non contractiones, non ſyllabaria, ſed integræ dictiones & perfectæ, conſtantes ſuis numeris, id eſt, ſuis radicalibus & eſſentialibus literis, exutæ quidem externo illo & humano punctorum commento, quod anno quater milleſimo, trecenteſimo, vt minium, anno ab orbe condito, excogitatum eſt ad ſtolidis & rudibus conſulendum: ſed veſtitæ rebus & ornamentis ad *legendum neceſſariis*, quibus contēti fuerunt olim docti, pariter & indocti, apud omnes Orientis Prouincias. Occidui, quia non tam valuerunt ingenio *adhibuerunt externa ornamenta &* literas ſuperfluas &c.

Eſt ergo aliqua ars legendi ſine punctis.

Ea tribus precipue conſtat obſeruatione literarum protractionis, Characteriſticarum literarum, ſyllabarum, atque adeo particularum miniſteralium, de quibus in Periocha. Perficitur autem aliis tribus, Nempe *Analogia*, Regulis *grammaticis*, *Vſu.*

LIBRI PERIOCHA.

Tres ſunt præcipuæ lectionis ſine punctis notæ Illam enim primùm oſtendunt literæ protractionis ſiue אֶהֱוִי , *vt* כוכב ko-*cáb*, צדיק *tſadik*, צואר *tſauár*, בנה *baná. Deinde characteriſticæ ſeu ſymbola tam verborum quàm verbalium (ſunt autem omnia* Hebræorum *nomina fere verbalia.* A *verbo enim aut vſitato, aut ſaltem ficto, vel obſoleto deſcendunt)* הפקיד *hiphkid*, יפקוד *iphkód*, התפעל *hithpaél, & ita cum reliquis indicibus præteritorum, futurorum, modorũ, perſonarum, numerorum, coniugationum. Sic in verbalibus* משפט *miſpát, in quibus ſcilicet vna eſt ex literis heæmãti, Poſtremò literæ ancillantes & præſertim* משה וכלב *Moſe vecaléb. Item affixa. Ac de iis quidem ordine hoc libello traditur, explicatis ſparſim plurimis, quæ potiùs ad illorum intelligentiam, quàm lectionem pertinent.*

ΕΙΣΑΓΩΓΗ AD LEGENDOS HEBRÆORVM COMMENTARIOS, ſiue *Alphabethum Rabbinicum.*

LIterarũ, quibus Rabbini Hebręorum plurimum vtũtur, forma aliquantò minus quadrata, paucioribus & minus exquiſitis tractibus conſtans, & proinde inuenu- *Elias in Tisbi.*
ſtior concitatiórque eſt ea, qua contextus bibliorum pingitur. Vnde à Munſtero, & Pellicano literæ eorum rectè currentes vocantur, ab Hebræis verò כתיבה קטנה, *ketibá ketanná,* ſcriptura parua, & nomine proprio משקיט *masket,* ignoto quidem etymo, ſed voce, iuxta quoſdam, apud Arabas macilentum extenuatúmque ſignificante. Sic enim depingunt,

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Finalium verò hæc ſunt lineamenta.

ך ם ן ף ץ

Nam tertium Scripturæ genus ab Arabibus ſumptum & mualek nuncupatum rarius vſurpant, quo videlicet literas duas aut plures alias in aliis locant, implicãt, corrũpunt pro דברי *dibrè* pro יצחק, *Iſaac*, vel more abbreuiationum Græcanicarum, inter ſe ligãt & confundunt pro אל & pro בא *ba*, qualibus figuris & ligationibus libri eorum olim in Hiſpania conſcripti inueniũtur. Initio autem admonendus es, quiſquis traheris ſtudio

Grammatica nōta eſſe debet ei qui aſpirat ad Rabb.lectionem.

Gell.lib.2.c.2;

legendi Hebræorum commentarios, vt prius diligenter incumbas in præceptiones grammaticas. Nam tota legendi ratio, etiam contextus, pēdet ex analogia & proportione grammatica, quæ eſt ſimilium ſimilis declinatio, notatio, & regula, cui Anomalia quidem opponitur, ſed in hoc idiomate rariſsima exiſtit, immò nulla ferè, niſi in verbis, de quibus liber Eliæ, qui inſcribitur *Harcaba*. Nec tamen velim, primùm te in quaſuis, ſed Clenardinas tantū, aut etiam D. Quinquarborei Inſtitutiones incidere, quòd facillima & breuiſſima methodo conſcriptæ ſint. Deinde hortor, vt te conferas ad eiuſdem D. Quinquarborei opus De re grāmatica Hebræorum. Nam quæ breuiter & ſuccinctè in tabulis Clenardi, aut huius Inſtitutionibus didiceris, illic eadem ferè methodo magnificè & amplè tractata reperies. Neque enim in primis atque ſtatim conſuluerim Sātem, Capinionem, & ſuperiores Chriſtianos rerum Hebraïcarum tractatores. Quoniam Grammaticas doctas quidem ediderunt, ſed valdè incipientibus obſcuras, difficiles, ne dicam methodi & ordinis expertes, quia non æmulabātur Eliam Leuitam, qui primus inter Hebræos ad lucē & perſpicuitatem rem iſtam euocauit, verum vetuſtiores Rabbinos, qui eruditè quidem, ſed parum methodicè illam explicauerant. Si vacat interim poſtea illos adito, quin & fontes ipſos, vt Michlol, orationes Eliæ, ac ſimilium Rabbinorum opera ad ſatietatem exhaurito, nec malis ex riuulis, quàm ſcaturi-

gine bibere. Præterea debes mediocriter eſſe verſatus in dictionum ſignificationibus, earum ſaltem quarum mentio fit in Grammatica, quam didiciſti. Ne nomina legas pro verbis & cõtrà. Itẽ nomẽ vnũ pro altero. Quæ incogitantia veteribus Bibliorum interpretibus, antequam illa punctis exornaſſent Maſorethæ, frequenter impoſuit, vt in דבר Oſee 14. dum Septuaginta legunt דָּבָר *dauar*, Hieronymus vero דֶּבֶר *deuer*. Similiter in מטה Geneſ. 47. dum hic legit מִטָּה *mitrá*, illi מַטֶּה *matté*: ſic varia lectione עם & cum & populum ſignificat. Hac de re extat hiſtoria in tractatu quodam Talmudico, cuius inſcriptio eſt בבה בתרא *baba bathrá* Quidam enim Rabbinus in verbis Deuteronomij 25. תִּמְחֶה אֶת זכר עֲמָלֵק legebat זָכָר *Zechárà* forma gemini ‑ָ, hoc eſt, maſculum, pro זֵכֶר *zécher* per ‥ ‥, id eſt, memoria: vnde & ob ſuſpicionem corruptæ ſcripturæ, à Ioab diſcipulo interfectus eſt. In his ac ſimilibus iudicio eſt opus, ne exiſtimes omnia regulis comprehẽdi poſſe. Sed his obſeruatis, facilis eſt reliquarum dictionum lectio.

Mediocriter intelligendum eſt Hebraicè.

Elias præf. 3. Maſ.

De vocalibus Hebræorum, quæ in punctorum locum ſufficiuntur.

א י ו

Harum enim literarum, quarum figuras principiò depinximus, tres איו cùm ſine punctis vocalibus ſcribunt, locum ſubeunt vocalium. Aleph rarò, Iod & Vau paſſim, vt eas Agathius Guidacerius in ſuo מקנה poſt auctorẽ Ietſirá rectè אמות הקריאה *Im-*

moth hakkeriá, matres lectionis appellet, quòd videlicet omnes vocales contineant ac veluti procreent. Aleph enim præſertim in ambiguis pro páthah, hatéph páthah & caméts, Vau pro holem, caméts hatéph, ſurec & qibbúts, Iod pro ſégol, tſéri, vtroq; hiric, ſcheuá, & hatéph ſégol ponitur. Quod clarè indicat Elias præfatione 3. libri Maſoreth: Veteres, inquit, hólem appellarunt וא o, ſurèc וא v, hiric יא & cætera. Qui etſi has literas vocales non appellent, vtut vocem deſignãtes, ſed potius quieſcentes, quietas, immobiles, ſpiritales, literas tractus ſiue protractionis, quòd eas variè efferri contingat pro ipſarum ad puncta affectione, quæ adminicula hodiè ſunt lectionis, tamen quia vbi ſine punctis ſcribitur, in punctorum locum ſubſtituuntur, non alienè quamuis diſcedentes à communi Rabbinorum appellatione, vocales nominabimus. Nam & ante punctorum inuentionem Ioſephus φωνήεντα, & quidem addita ה pro quarta vocali, nominauit. Vnde rectè eas per ſua ſcripta diſſeminant. Sic enim lectionem non modo efficiũt planiorem, verum etiam pleniorem & perfectiorem. Itaque nunquam probauit Caninij, Tremellij, Merceri auſa, qui freti Danielis & Ezræ analogia, ſcripturã interpretum Chaldaicorum & noui teſtamenti Syriacam vitiarunt, his vocalibus literis penè omnibus ſubductis, & in earum vicem punctis è ſuo capite ſuffixis. Primo quia illæ inſperſæ fuerant ab ipſiſmet auctoribus, quorum voluntatem temerare,

Ioſeph lib. 4. belli.

& ſcripta adulterare crimen eſt falſi. Deinde quia non ſequitur, Hanc analogiam in ſuis Chaldaicis tenuerunt Daniel & Ezras, ergo & Ionathan, Onkelos, &c. Nam perſpicuum eſt in omnibus linguis varias & prope innumeras eſſe dialectos & alios aliis loqui impurius. Adde occultam paucíſque notam pronuntiationis vim in illis ineſſe literis, quam ſi non poſſis aſſequi, alius fortaſſe aſſequetur. Ad quam fortaſſis alluſit D. Hieronymus ſcribens ſe quidem Chaldaicam linguam intelligere, ſed eius verba non poſſe ſonare. Sed ad rem, Id obſeruant non in medio tantùm, verumetiam initio dictionũ, ſaltem cùm peregrina nomina Hebraïcè ſcribenda ſunt. Exempli cauſa אלגא *alga*, iunci ſpecies in Kimhi commentariis in Ionam. אלפא *alpha* in Elia, קאפיטולא capitula in eodem, פנאי *panai*, ציגוניא *cigonia* in Rabbi Selomone Gallo. Et in contextu אתא *atha*, Eſtræ, 5. מתאים *mataim* Ioſ. 7. מאנין *manin*, Danielis 5. קאם *kam*, Daniel. 7. יהודאי *Iehudaí* in tharghumin, & ſexcẽtis aliis, vt pluribus poſtea docebitur. Quãquam olim non tam anxiè in iſtarum poteſtate diſcernenda ſudatum ſit. Quin potiùs vti tres tantùm vocalium figuræ erant, ita non niſi tres voces reddebant, א faciente A, Vau ſonum quendam confuſum & indiſtinctum inter o & v ſibilante, qualis fortaſſe fuit ὦ μεγάλου, poſtquam eo vti cœperũt loco ο μικροῦ. Iod verò neſcio quid inter i & e fremente, inſtar η, Græcorum, quemadmodum cernere eſt in veterũ allegationibus. Hæc enim verba Hebraica Eſaiæ

Prolog. in Daniel.

In Cratylo.

26. בִּטְחוּ בַיהוָה עֲדֵי עַד כִּי בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים, in Origenis hexaplis in hunc modum Græcè citantur, *βετὸου βαδωνάι αὸ' ἄθ' χὶ βαϊά ἀδωνάι 'σὼρ ὠλεμείν.* Quod ne mireris à veteribus etiam Latinis factita-

Fab.lib 1.cap 6 *Priſcia.lib.1.* tum eſt, ſcribente Fabio, medium fuiſſe u & i literarum ſonum. Non enim ſic optimum dicebant vt opimum, & in here neque e neque i planè audiebatur. Sic o & u confuſæ inuicem, vt *Hecoba*, *notrix*, *Pulixena*, *Culchides*, *volt*, Dauos, *dederont*, *probaueront*, &c. Quæ paſſim apud Comicos occurrunt. Nam id crebrò, inquit Seruius, antiquis in lectioni-

In lib.8 Aeneid. bus inuenitur, ſicut in *epiſtulis* probat Verrius Flaccus exemplis, authoritate, ratione, docens in aduerbiis maximè pro u, o maiores ponere conſuetos pro *huc*, *hoc*, ſicut pro *illuc*, *illô* hodie dicimus. Addo œ, *mœnire* pro munire, *mœtuus* pro mutuus, *mœrus* pro murus, item oi, *oiti* pro vti. Nam Martianus *oiſus* ſcriptum ait apud veteres pro vſus. Hinc illud fortaſſe Ciceronis de Legibus Aſt quid erit, quod extra magiſtratum cerator *oiſus* ſit. i. vſus. Etſi Adrianus

Turneb.lib 3. Aduerſ c 11. & cap.5. Turnebus antiquioris literaturę princeps *oeſus* emēdet. Quo etiam pacto E & I ſine diſcrimiue poſuerunt. Inibrum & Inebrum quod inhibet & retardat. Fortaſſe quia Iota accommodatum eſt elementum

Plato in Cratyllo. ad tenuia quæque & per omnia maximè penetrantia exprimendū, vt ἰέναι, ἵεσθαι, ire, progredi. Cum autem ſenſim ab hac vocis commixtione diſcederetur ſæculis in dies eloquētioribus, accreſceretque vocalium ſeu vocū numerus & varietas, Hebræi

quoque diſtinctam magis ſuarum rationem habuêre, nulla facta figurarum in literis vocalibus, quas tres tantum poſuimus, amplificatione. Itaque iam nunc de illis dici poteſt, quod Macrobius de vocalibus Latinorum, Apud nos, inquit, ſi ſonos vocalium, nō apices numeraueris, ſeptem ſunt vocales, etiam ſi eaſdem modò longas, modò breues pronunciando, quinque (*& apud Hebræos tres*) quàm ſeptem tenere malueris. Cuiuſmodi ratio vel locus fortaſſe Ambroſium Theſeum mouit, vt ſcriberet apud Chaldæos, Hebræos, & veteres Samaritanos ſex eſſe vocales אוי & עהח Apud Arabas, Punicos, Turcas, Perſas, Tartaros ſeptem, Eliph, Voe, Ie, Hé, Hha, Ain & Hé Apud Iacobitas & Cophtitas ſiue Ægyptios Chriſtianos decem, ſeptem videlicet Græcas, v latinam, duas Hebraicas Hori, id eſt, ה & Gieuſa, id eſt, ע, ſed ei non aſſentior. Nam apertè aſpirationes ſiue literas aſpirantes cum vocalibus confundit. In eo autem nonnihil variarūt Græci veteres. Cùm enim olim duabus his η & ω, vt eſt apud Platonem in Cratillo, non vterentur, ſed illarum vice ε & ο geminarent, poſteriùs illas tam figura quàm voce à reliquis diſcrepantes adiecere. Illud autem contigit apud Hebręos, authore Elia, anno ab euerſo templo quadringenteſimo trigeſimoſexto, qui eſt à Chriſto quadringenteſimus ſeptuageſimus ſextus. Ea ea enim ætate Tyberitæ, qui inhabitabant Tyberiadem vrbem Galileæ, à qua mare Tyberiadis in Euangelio, & ים טבריא,

Cap. 6. lib. 1. in Somn. Scipion.

Quo tempere puncta inuenta

Elias sect. 2. l. accentuum

thermæ quædam calidæ celebratæ in Talmud (falluntur enim qui Maſoretas Tybarenos in Paphlagonia, de quibus Mela, eſſe putant, cùm quæ de illis prodũt veteres Hebræi, & Elias libro accentuum, Maſoreth & Tisbi, planè repugnent) ea inquã ætate nõ ſolùm voces variis ſonis diſtinxerunt: ſed etiam puncta bibliis ad illam diuerſitatem ſignificandam annotarunt, vt etiam illi errent vel turpiſsimè, qui punctorum vocalium inuentionem aut à monte Siná, per dei conceſſum et manus, aut ab Ezra conciliòque eius, per virorũ ſynagogę magnę inſtitutum, repetunt. Sed his prætermiſsis ad inſtitutum redeo.

De א prima Hebræorum vocali.

regula Aleph vt vocale eſt, valet à Latinorum. Ne verò ſcriptura ſit longior, quàm venuſtas linguæ Hebraicæ poſtulet, ſæpe quidem omitti ſolet: verùm hoc ipſo quòd cæteræ vocales Vau & Iod nõ aſcribuntur, facilè intelligitur deſiderari, vt in פרשה paraſá, בקר baqár, אברהם Abraham.

Exceptiones tres.

*R*egula primò fallit cùm characteriſticæ ad aliã notationem te remittunt, vt החלו hehellu. Vide ſecundam notam *R*abbinicæ lectionis in libelli limine ſuprà.

Exceptio ſecunda.

Vbi ſchewa initio ſit legẽdum. Secũdò cùm accreſcunt dictiones ſyllabis ſeruilibus, præſerim ה fœminino, vel affixis, vel ſyllabis

aut

aut literis exeuntibus in mem vel nun, cuiuſmodi ſunt ון תן ין תמים, &c. Tum enim fit deceſsio punctorum ſeu temporum, mutato puncto permutabili initiis dictionum in ſcheuá, vti docēt יקרה *iekará*, פקדתן *pekadten*, דברים *deuarim*, ספרים *Sepharim*, צדקה *tſedaká*. Quemadmodum apud Græcos auctis ſyllabis vides perſpicue decreſcere tempora, vocaléſque longas mutari in breues, cùm ex λέγω formas ἔλεγον. Niſi forte vicinitas accentus impediat, id eſt, niſi cum accentus eſt in penultima proxime ante Syllabicam adiectionem, vel affixum. De natiuo loquimur, nam nullus in Scriptura rabbinica figuratur. Tum autem antepenultima punctum retinet inuariatum. Exempla ſunt apud Hebræos quidem פְּקַדְתְּ *paqádta*, יְבוֹנוּ *iaunnu*, apud Græcos verò ἐτυπτόμην, ἐτετύμμην. Et in aliis orationis partibus, פנימו *panémo*, כָּמוֹהוּ *camóhu*. Cæterum quibus in locis ſcheua in medio dictionis intelligi debeat, habes ex præceptionibus grammaticis, in quibus traditur motiones radicum in certis perſonis, & motiones nominum in quatuor mutationū cauſis, Syntaxi, Affixo, plurali numero, fœmineo genere verti in ſcheua. Vniuerſim tamen mecum obſeruare potes ſcheua ſemipunctum eſſe adinuentum vt miniſtret motionibus, eáſque cōcitet, ne lentiùs & prolixius retineāt lectionem, quàm iucunditas orationis exigit. Omnem enim grauitatem odioſam eſ- *Scheua miniſtrat motionibus, Elias Cant.6.*

ſe,niſi quidpiam leuitatis immixtum habeat. Quare Hebræos maieſtatem ſuę pronunciationis exhilaraſſe leuitate huius puncti,vt ita nunc vocem, rapidiſſimi, quo ſyllabas ſeruiles ſuauius coniūgerēt cum radicalibus. Atque ita ſcheuá plurimū veniet ante literas vel ſyllabas ſeruiles quæ quidē vocales ante ſe proxime expreſſas nuſquā habēt (quod dico propter דבריך *deuarécha* מטליו *meshaláu* הפקירה *hiphkida*, & cætera eiuſdem rationis habentia Iod ante huiuſmodi ſeruiles literas autſyllabas,) mobile, ſi ex analogia grammatica debere ſuperſcribi literam dagheſſatam,aut geminatā, aut præcedere motionem magnam intelligas,alioqui quieſcens. Prioris exemplum ſit דְּבָרֶךָ *deuarechá*, שִׁבְּרוּ *ſibberu*, בּוֹנְנִי *boneni*. Poſterioris פְּקַדְתֶּם, *pekadtem* דִּבַרְכֶם *debarkem*. Pauca affixa quorum ratio ex ex grammatica peti poteſt, ab hac lege deflectunt דברו *deuaro* דברי *deuari*, דברם *deuaram*, דברן *deuaran*,&c. Neutrum enim ſcheua ante ſe habent,vt quæ per ſe ſyllabam non efficiant.

Vbi ſcheua in medio dictionis intelligendum ſit.

Hæc de illo inſerenda fuerūt,vt videres eas ſyllabas, quæ deſtituuntur vocalibus * fere intelligi habere aleph, exceptis locis in quibus proportio Hebraica poſtulat eſſe ſcheua. Quanquam ne tum quidem abſurdum exiſtimarim, ſi ſcheuatæ literæ eodem ſono quo vocalis conſequens, efferrentur, præſertim cum prolatio ſcheua mobilis olim illò declinaret ſequentibus maxime gutturalibus, eó-

** Hoc additum, eſt propter nomina quinque aut ſex punctorum de quibus infrà.*

Antiqua pronuntiatio ipſius ſeua, inæqualis & varia.

que modò etiam hodie Iudæi Germani pronun-
tient,& vbique nunc vſus obtineat proferri per hi-
ric ſequente iod, ſi modò alio puncto quàm hiric,
ipſum iod afficiatur. Ex quo factum,vt pro ſelomo,
ſolomon:pro Pheliſtim, Philiſtim: pro Iehudim,
Iuhudei,&contractim Iudæi,pro Iehoſua,Iehoſue,
& contractim Ioſuè maiores noſtri verterint. Im-
mò & Hebræi ipſi poſt Babylonicam captiuita-
tem. Ideò enim Iohoſadac Haggei c.2. Ioſadac ab
Ezra nominatur cap.2. Quanquam etiam ante ca-
ptiuitatem Iehoram alicubi per Synæreſim Ioram
appellatus inuenitur. Elìas verò cenſet non ſequē- *Cant.7.*
tibus gutturalibus aut iod, flectendum eſſe ad pat-
hah, quo poſito facillima eſſet commentariorum
lectio, legeremus enim Syllabas fere omnes litera
protractionis deſtitutas per A. Quis porro ſit vſus
cæterorū ſcheuaim, quæ videlicet dilatātur per mo
tiones paruas,infrà docebo, σὺν θεῷ, vbi de notatio-
ne literarrum gutturalium, propter quas illa adin-
uenta ſunt, dicendum erit.

Tertia exceptio.

Fere ſuprà hoc ſigno * addidi propter nomina qninque & ſex punctorum, de quibus poſtea. Item ob aliquot particulas inflexiles & propriaquædam nomina quorum notatio ex ſcriptura,aut dictionario petenda eſt. Quod pertinet ad tertiam notam lectionis Rabbinicæ,quam in libri Periocha dictauimus. Hanc difficultatem leuiſsimus vſus nobis

adimet. Sed vt redeam ad id ex quo digreſſus ſum, Aleph ſonat a, maxime cum eſt radicale, ſicuti Elias *Cantic. 3. Vbi aleph radicale non ſonet a.* ſcribit, vt קאם kam, Oſee 10. צמא *tſamá*, & cætera huiuſmodi demõſtrant. Præterquã in coniugationibus Quieſcentium lamed, aliis à קal, in illis enim Aleph quieſcere ſolet in tſeri, exceptis primis vocibus coniugationum paſsiuarum, vbi quieſcit in camés more ſuo. Et in futuro quieſcentium pe, vbi quieſcit in holem. Sunt & paucæ aliæ exceptiones, *Elias Elem. 5. orat. 4.* maxime in nominibus lamed Aleph, vbi Aleph aliâs quieſcit in tſeri, aliâs in ſegol, &c. Nam hic ordo fere conſtat ex nominibus ſex punctorum. Sed ea vſus facile monſtrauerit. Nec tamen propterea illis locis deſinet eſſe vocale, niſi quod ſuo natiuo ſono minime proferetur ex proprietate literarum quieſcentium, vti apud Latinos u non deſinit eſſe vocale in hac dictione *Secundum*, quamuis declinet ad ſonum o. Quale *V* adulterinum appellari poſſit, quo epitheto Nigidius Figulus afficit N ante literas g. & c. vt in *Anguis*, *Ancora*, *Increpat*, *Incurrit*, In omnibus enim his (inquit) non verum N, ſed adulterinum ponitur, quia dum pronũtiatur, lingua palatum non tangit.

De ו altera vocali.

Hieron. initio comment. in Abdiam. Vau valet u & o, adeo vt etiam cum hatéph camécs aut kibbus mouere debent conſonantes ad lectionem oſtendendã paſsim exprimatur, סלם *ſullám*, הושלך *huſlác*, חרבן *horbán*, קורבן korban. מעמרת

mahomedeth. Cum vero hólē vel ſurec ſemper, niſi quod in vulgatis & tritis dictionibus (de quarum notatione nemo niſi plane rudis linguæ ſanctæ aut vocabulorum artis, quam tractat Rabbinus, dubitare poteſt) hólem non eſt ſemper plenum. Quæ qui non aduertunt, plærunque cæcutiunt in Hebræorū monumentis, vt videre eſt in trito illo Grammaticorum vocabulo מוכרת, cum illud his motionibus ſignant מוּכֶּרֶת *Muchereth.* In eo enim Vau tantum expreſſum eſt ad oſtendendam lectionem, ac proptereà ſic notandum ſit מֻכְרָת *Muchrath*, à radice כרת, vti ſuo loco inter docendum annotauit Ioannes Mercerus Regius linguæ ſanctæ profeſſor, vir certe cuius diligentiam & meritum in linguam iſtā futura tempora nuſquam non loquentur. Vnde hîc non habet locum obſeruatio Eliæ. In ſcriptura (inquit) hólem ſæpe eſt deficiens, & ſi enim nomina plerumque ſint plena, verba tamen fere ſunt māca in vau radicali, vt quieſcentia Ain. Nam Rabbini illud perpetuo interiiciunt. Sed quibus in locis legam Vau per o, quibus per u? Facile reſponderi poteſt, Vau valere o in primis ſyllabis, cum præſertim pauciſſima ſint nomina quę habeāt ſurée in pé, ſintque omnia formæ פועל *póal.* Verba vero nulla præter hophal quieſcentium pe Iod, quieſcentium ain Vau, & duplicatorum, quorum notationem tenere debes. Neque enim hîc doceo Grammaticen, ſed Alphabetum Rabbinicum & canones lectio-

Elias tab. 1. orat. 2. Maſor.

Elias orat 3. elem. 5. li. habur Vau in primoribus ſyllabis ſonat o.

Vau in medio ſonat O.

nis ſinẽ punctis. Deinde hoc pertinet ad ſecundam notam Rabbinicæ lectionis, ideſt, Characteriſticarum rationem. Eadem ratio, ſi mediũ dictionis occupet vt תהבושת *tabbóſeth*, מסקולת *misbóleth* מסורת *maſoreth*.

Vau ſub finem ſonat u certis in formis.

Sub finem vero, etſi certa regula vix dari poſſit, tamen ſi tau heemanticum capiti nominis adhæreſcat pronũciabitur per u, veluti תענוג—תמרור תמרוק *taanúg, tamrúr, tamrúq*. Aut mem, quod ſolum fit in miſna tamulditarum, vt מלקות *malquth*, à radice לקח

Elias elem 7. orat. 4. Babuc.

Item cum tau index videlicet fœminei generis calci affigitur, vt in nominibus, quę inter accidentia

In tract. ſpecierum ſpecie 7.

recẽſet Elias לבנות מרדות גבהות מלכות *labnúth, mardúth, gabhúth, malcúth*: vbi fortaſſe legi poſſet מְלָכוֹת *melacoth*, &c. forma plurali fœminea. Sed vtrum

Regula.

dicere debeas facile deprehendis ex ſubiuncto verbo, adiectiuo vel affixo. Totidem enim modis ambiguitates quæ occurrere ſolent, apud Rabb. innoteſcunt. In aliis formis hîc ſonat o. Nam non comprehendo iis regulis formas nominum paulo rariores, quales ſunt

Elias orat 3. elem. 2 & orat. 1. elem. 3.

פִּעוּל *piul* פְּעוּל *peul* פֵּעוּל *peul* פָּעוּל *paul* harum enim notationem vſus & lexicon ſuppeditabit quæ tamen indifferenter per holem enũtiari poſſunt. Nam reperias צְלוֹת *tſeloth*, & צְלוּת *tſeluth*. Niſi quod forma פִּעוּל ſeu פיעול frequen-

Forma פיעול vſitata apud Rabbinos.

tiſsime reperitur apud Rabbinos vt iod indicet lectionem cum verbalia ſubſtantiua deducunt à verbis alioqui inuſitata in contextu. Cui cum non at-

tenderet Munſterus ſuum compendium Grammatices non ſatis recte inſcripſit קִיצוֹר *kitſor* pro קִיצוּר *kitſur*, formæ פִּיעוּר *pihur* סִלּוּם *Sillum*, &c. Excipe etiam peulim coniugationum kal, quæ vt ſcis, efferuntur per u. Item & tria poſtrema tempora quieſcentium ain Vau, quę tamen citra diſcrimen efferri poſſunt per o.

Vau finale quo ſono pronuntietur.

Hoc pertinet ad tertiam notam, de qua in Perriochis. Eo enim perpetuo ſpectandum.

At in fine dum Syllabam claudit ſtudioſe expendi debet, ne verba cum nominibus & e cōuerſo vſpiam confundas. Scito igitur Vau, vt eſt vltima totius vocabuli litera, aliquando eſſe affixum maſculinum ſingulare tertiæ perſonæ, ac tum efferri per o, vt דברו *deuaro*, פקדו *peqado*: modo non veniat poſt he aut iod, tum enim poſt illud quidem ſonat u, שרהו *ſadêhu*, פקדהו *peqadáhu*, poſt hoc vero coaleſcit tanquam vocalis in diphthongo: vt enim in ſcriptura poſt ָ ַ ֵ & vtrumque hiric, ו poſtpoſita diphthongum conflat: ita apud Rabbinos ex י præpoſita (ſcripturam enim ſine punctis, ָ ַ & ֵ ingredi nequeunt) & ו conſequenti totidem diphthōgi conficiuntur. Alioqui enim nullum diphthongi ſeu coaleſcentium vocalium veſtigium appareret, vt כסליו *kislef*, זיו *zif*, דבריו *deuarau*, תיו *tau*, ויו *vaf*, quę adiectis punctis ſcribuntur abſque י, תָו Ezech. 9. וָו, Exod. 38. Præterea affixum נו *nú* per u pronunciari debet.

Aliquando eſſe indicem & formatiuum perſonarum & numerorum in verbis, atque ita ſibilare

u,ſicuti in שמרו פקרו יפקרו ſameru,pakedu, iiphkedu. Eſt autem huius cum ſuperiore facilis diſtinctio. Regula. Quoniam hoc (etſi affixum eſſe fortaſſe poſſet, ſi nimirum legeres *pekado, iiphkedo*) formatiuū perſonæ haberi debet: quia verba apud Rabbinos, aut nunquam aut rariſsime huiuſmodi affixa ſuſcipiūt. Tum enim vtuntur affixis peculiaribus verborum, qualia ſunt ני נו הו נו ה & נה *Ni, hu, Nu, ha*, & *Na*, aut pronominibus ſeparatis. Sibilat quoque in fine nominum Caldaicorum, ex quibus ablatum eſt tau Heemanticum veluti מלכו צדו חענו *malcu, tſadu, tahanu*. Quę omnia ex filio orationis leuiſsimo negotio dignoſcentur.

De Iod poſtrema vocali.

Iod valet i, & e, vnde nonnunquam pro ſcheua mobili & hateph ſegol, nedum pro ſegol & tſeri ſcribi ſolet, & maxime in ambiguis, vt אֵיפַּנֵי (Sic enim punctandum, non אֵיפַּנִי per tſeri, cum Iudæorū vulgo) *Eſanne*, & crebris aliis paſsim apud chaldæos paraphraſtas. Nam nimis licenter Tremellius & nonnulli alij ſubtrahunt iod, leguntque forma Danielis אֲשַׁנֵּי. *Aſanne.* Ad hunc modum פִּירוֹת *peroth*: paſſim apud Rabbinos interiecto ,, ne quis legat פרות *Paroth*, id eſt, vaccas, ſic ad deſignandam lectionem Pſal. 18. in Targhum אֲוִירָא *auera*, & Ioel 2. מַלְפִּיכוֹן *malpecon*, etſi nōnulli noſtrorū Iudaizātes aliter per tſeri Hebraico ſenſu reclamante, legant, vt ſit pluralis numeri, ſicque Prophetę

phetæ vaticinium ad Meſſiam non pertineat, verũ ad omnes doctores vniuerſe. Sed ne in reliquis fallaris, vbi iod pro ſcheua minime ponitur, hanc teneto regulam.

Iod in medio dictionum indicat ipſum tſéri, authore Elia, præſertim quando eſt radicale vel indicat plurale. Exempla ſunt quæ citat in verbis quidem היטיב *hetib* à יטב, אילכה *elechá* à ילך. In nominibus vero ה׳ בית *beth adonai*, ה׳ עין *hen adonai*, צירה *tſeda*, שיבה *ſebá*, in aliis orationis partibus דבריכם *dibrechem*, אין *en*, איך *ech*, &c. Quod non niſi in quieſcentibus Ain Vau contingere ſolet. Rarius adiicitur ad indicandam lectionem, vt רבינו *rabbenu*, pro רַבֵּנוּ. Itaque alibi litera potius protractionis erit ſtridens i. In fine verò ſi ſit terminatio pluralis numeri σωνταχτικὴ, vt דברי י׳י *diurć adonai*, ſonabit e. Dignoſcitur autem huiuſmodi vox ſyntactica ex ſubiuncto ה haiediá indice genitiui caſus, vel nomine proprio. Adiectiuum enim non afficitur ה haiediá, niſi eodem ſimiliter afficiatur ſubſtantiuum proxime præcedens, & contrà: ac duorum ſubſtantiuorum ad diuerſa pertinentium prius illud ה minime recipit, ſed poſterius. recte enim dicitur דבר הכוכב *deuár haccocab*, cætera vitioſe. Alioqui autem Iod ſiue obeat vicem tertię radicalis, ſiue ſit affixum primę perſonę, ſiue quid aliud pronunciabitur per i, vt עני, דברי, פקדני, *hani*, *deuari*, *peqadáni*.

Cant. 5. & enarratione 6. primarũ Tab. Maſo.

Iod radicale in medio ſonat e, alias i.

Iod finale ſonat i, niſi ſit index forma pluralis ſyntactica.

Appendix.

Vocales iſtę interim ſępe fiunt conſonantes,cum recte feriuntur punctis, vt apud Latinos v & i ſequente altera vocali. Sed tum(excepto Aleph) geminari ſolent מטווה pro מַטְוֶה, *matve*, עייל pro עַיִל *Aiial.* Niſi in vocabulis vſitatis. Sic initiis dictionum cum ו radicale eſt, vt annotat Elias, diſcriminis cauſa ווּתיק *vatik*, ווי *vai*. Sic enim diſtinguitur ab iis quæ incipiunt à Vau copula. Ex quo fit vt in ſcriptis Talmudicis & in Targhumin Ionathę,Onkeli,R.Ioſeph cęci,Akibæ,& interdū in reliquis Hebręorum libris nomen plurale compoſitum cum pronomine inſeparato Iod ſcribatur per geminum Iod, hoc modo דבריי *deuarai*,vt declaretur eſſe mobile. Atque tum perſpicue differt à ſuo ſingulari דברי *deuari*, Idem contingit cum aliis affixis, vt in Malachia kimhiano אאגורייהו *Aagureiebo*. Quanquam non raro ſcriptio fit per אי, א ſignificante Iod eſſe mobile מטלאי *meſalai*, ſic ואי *vai*. Eadem ratio in ו poſtpoſitiuo, ſæpe enim reperias ואו *vau*, רמיאו *remiu* diſſyllabos. Quod nō ſolum ad authoris mentē facit,ſed etiam ad pronunciationem literarum בגד כפת, quas tum duriter efferendas eſſe intelligimus,cùm præcedentes literæ אהוי ſunt conſonantes, tāquam præditæ Mappic,vel in pauſa,vt omittam ceteras cauſas,quę derogant literis אהוי, & de quibus minus laborant Rabbini. Neque enim magnopere in his laboran-

Iod & Vau mobilia bis ſcribuntur.

dum eſt, cum recens ſit inuentum, atque adeo veteribus incognitum, vt D. Hieronymus affirmet Hebræos nullam habuiſſe literam, quæ noſtro P. Latino reſpōdeat. Certe ſignificans nullum fuiſſe diſcrimen inter literas בגר כפ״ת rapharas & dagheſatas, aut potius nullam fuiſſe habitam rationem daghes leuis, vt mirer ingenia noſtræ ætatis, quæ tam religioſe corrigunt veterem pronuntiationē, Pharaonis, Phariſæorum, Philiſtim, Chanaan, Cherubim, Chidon, ac dicunt Parao, Pariſæus, Peliſtim, Kanaan, Kerubim, Kidon, &c. contra veterum Hebræorum ſententiam, qui, vt modo docui, aſpirabāt literas begad kephath, & pronunciabant, vt ſuprà attigimus, ſcheuà ſono vocalis ſubſequentis. Hoc enim vtrunque perſpici poteſt ex vocabulo ἐφφαθά Mar. 7. quod hodie diceretur אֶפְּתַח eppetá, pro ephphatha. Nam pé Hebræorum & Syrorum plane τὸ φ Græcorum referebat, vt nunc pé Arabū & Iſmaëlitarum, quod propterea pé raphé à Kimhio in Michlol & pleriſque aliis appellatur, & olim Perſarum, qui in occidentales partes nauibus tranſuecti Pharuſios defectu literæ P. (teſte Plinio) de ſe nominarunt. Qui etiam mos videtur antiquis Latinis celebratus, dum plerunque τῷ π Græco aſpirationē adiūxerunt. Hinc enim in Lucano Enipheus pro Enipeo ſcribitur, in aliis Trophęū pro tropęo, Riphæi pro Ripæis, & in Euangelio Latino Caïphas, pro Caiapás.

In 11. cap. Da. & in 2. cap. Eſaiæ.

De punctis peculiaribus literarum עחה.

He in fine valet A.

Trium iſtarum literarum notationẽ ſtatim poſt vocales explicemus, quoniam etſi vocales nõ ſunt, tamen tantam cognationem cum illis habẽt, vt eas nonnulli numero vocalium poſuerint, ſi Sancti Pagnino credimus. He etſi non ſit vocalis, tamen in fine valet A, ſiue ſit paragogica ſiue ſymbolica fœminini generis, vnde apud Caldeos permutari ſolet in א, niſi alterum א preceſſerit. Sunt tamen pauca ex nominibus quieſcẽtibus lamed he, quæ cum habeant he radicale expreſſum, illud habent quieſcens in ſegol, aut tſeri præſertim in regimine. Cuiuſmodi ſunt fere diſſyllaba, vt quæ ad ſui formationẽ nullam aſciſcunt ex literis Hæemanti, vt שדה *ſadé*, חוזה *hozé*, & ſimilia.

עח peculiaris vox A.

Ain quoque & heth gaudent voce A. Quare efficitur, vt fere intelligantur habere ־, vel ָ, vel ֲ: etſi alioqui proportio Hebraïca poſtularet alias motiones, vt נער *nahar*, ישמע *iishmaá*, שולחן *shulhhán*, ישלח *iisláh*. vnde & in fine dictionis poſt quatuor motiones magnas habent ſub ſe páthah, quod Hebrei páthah Ghenuuá appellant, pronunciántque poſt ſuam illam motionem.

Sanct. In Heb. lib. 1. c. 14

De literis אהחע.

Canti. 9.

Literæ gutturales ſignificanter vocantur ab Elia מְבַלְבְּלִים. Rationem enim notationis, & regularum vulgatam analogiam turbant ac euertunt. Nã vbi litera præcipue ſeruîlis præfixa per hiric vel Segol

ſcribi debuerat, ſubſequente gutturali magna ex *Quibus in locis hateph ſegol legi debet.*
parte ſcheua dilatabitur per ſégol, vt הֶאֱכִיל *hee-*
chil pro הִאְכִיל *bichil*, אֶעֱבוֹר eebod, rarius per pathah
& id quando y prima eſt radicis, vt יַעֲשֶׂה *laaſé* pro
יַעְשֶׂה *liſe*, vbi vero per páthah, dilatabitur & per *Quibus hateph patha.*
páthah מַאֲכִיל *maachil* pro מַאְכִיל *machil.* Denique
vbi per kibbúts vel kaméts hatuph, dilatabitur *Quibus hateph camets.*
ſcheua, ſubſequente gutturali per kaméts hatuph
מָאֳכַל *maochal* pro מָאְכַל *mochal.* Seruilis autẽ præ-
cedens in omnibus iſtis vendicabit ſibi motionem
cognatam puncto gutturalis, cui pręfigitur iuxta re-
gulam, Gutturalis notat ſe & pręcedentẽ, niſi quod
ſeruilis pręcedens affecta caméts hatuph videtur
notari per caméts motionem longam. Per A. enim
moueri ſolet ac produci, quia accentu Metheg pro-
ducitur. In nominibus exempla ſunt בָּהֳמַת *bebe-*
math pro בְּהְמַת, *bihmath* שַׁאֲנָן *Saanan* pro שַׁאְנָן
Sanan, אָהֳלוֹ *Abolo* pro אָהְלוֹ, *Oblo*, &c. Quod
ſi contingat vt propter affixum vel aliam ſyllabicã
adiectionem ſimplex ſcheua veniat poſt huiuſmo-
di puncta rapta, ex eis pro arbitratu alteram com-
poſitionis partem elides, ne duo ſcheuaïm legas.
Nam pro תֶּחֱטְאוּ & תֶּחְטְאוּ *tehteu* תֶּחֶטְאוּ *tehetu*,
dici poteſt. Sic pro נַעֲרְךָ *nahatecha* dicitur נַעְרְךָ
nagrecha, & נַעַרְךָ *nagharca.* Antequam autem finem
literarum tractationi imponam, lubet prius expli-
care rationem, quam Iudęi, Germani potiſſimum, in
ſcribendis vernaculis vſurpant, quáque in Ioſepho

ſatis eſſe poſſit: quæ alioqui ſi ex vocalibus legãtur nullo opus habent. Hæc enim ex linguis vernaculis fere deſumpta ſunt, ſcribente Elia in Methurgheman, quod & repetit in Tisbi, Targum Ieroſolymitanam infinitis locis cõſentire cum lingua Romana & Italica. Sed iam ad ſecundam inſtitutionis huius partem, quæ in characteriſticis verborum verbaliúmque poſita eſt, tranſeamus.

In præfatione.
In rad. כִּיפָּא

De Verbis.

Secunda libri pars.

Secunda nota lectionis Rabbinicæ eſt in characteriſticis verborum & verbalium. De iis ergo aliquid notemus. Verba ex characteriſticis nedum ſyntaxi facile diſcernunrur, præterquam in coniugationibus dagheſſatis. Quare vti nomina, quę per hiric leguntur, ſic verba coniugationis piel habent Iod inſertum, quaſi reſoluta motione parua hiric & daghes in iod, in hunc modũ פיקד *piqqed*, פירש *perás*, vt in nominibus עילג *hilleg*, ריבון *ribbon*. Similiter in pual & hophal interiicitur Vau per quod à ſuis actiuis diſtinguantur, פוקד *puqqad* הוגדל *hogdal*. Coniugatio hithpael propter ſyllabam הת, quam geſtat in capite, facile agnoſcitur, etiam ſi ה cadat propter concurſum alterius ſeruilis. Nam ad oſtendendam coniugationem poſt literas æthan & mem participij ת remanet. Eadem ratio cum geſtat נת. Nam hac etiam ſyllaba Rabbini formant aut ſaltem componunt hithpael, vt נתנבא *nithnabbé*, נתכפר *nithkaſer*, quale bis reperitur

נת formet hiphael Rabbinicum.

tur in Scriptura. Ezech. 23. & Prou. 27. נשׁוה *Niſtauá*. Habent & aliud hithpael compoſitum ex quadrata coniugatione, vt השׁתותק *hiſtothek* pro הִשׁתּק *hiſtattek*. Habent etiam aliam rationem cõ-poſitionis ex duobus ordinibus, vt נצולו *nitſólu*, pro נצלו *nitſelu*. Totidem enim modis compoſitio fit.

In quieſcentibus pe Aleph infinitiuos formant per metatheſin, traiectis vocalibus. Siquidem pro לאכול, *leechol*, dicunt לוכאל, *lochal*, & breuius לוכל, *lochal*, pro לאמור, *lemor*, לומר *lomar*, forma planè noua, quaſi à יומר *iamár*, cum Hebraïce dicendum foret לֵאמור *lemor*, Caldaïce למימאר ſeu לְמֵאמַר *lememar*, interpoſito Mem inter literas *Bclam*, & radicalium primam. Thalmudice לֵימַר *lemár*. & per apocopen לימא *lema*. Simili forma reperies in R. Selomo & Talmud לוכח *locháh*, ad arguendum, à יכח *iachah*. Quod depromptum eſt ex vſu linguæ Caldaïcæ, quæ quieſcentia pe Iod, & pe א confundit. Quare vt Iod in imperatiuo cadit, ita & interdum א. vnde זיל *Zil*, abi, ab אזל *azal*: vt דע *da*, ſcito, à ידע *ladaa*, im mo & interdum tota ſyllaba הו *ho*, formatiua hiphil quieſcentium pe, צא *tſe* pro הוצא *horſe*, aufer, educ. *Inſ pé Aleph & pé Iod Rabbinus.*

Infinitiuis quieſcentium Lamed א addunt literã ת, quod interdum fit in cõtextu לִמְצאת *limtſoth*, pro pter eam cognationem, quę eſt inrer hunc ordinem & quieſcentium Lamed ה, ob ſimilem iſtarum literarum prolationem, & abſque punctis למלואת *limloth*, להבואת *lehaboth*, pro לְהָבֵא *lehabe*. Item abſ- *Inf. Lamed א Rabbi.*

que לקרותא *likroth*. Tumque in cunctis coniug. quieſcit in Vau holem expreſſo.

א *ſequentibus literis* הוי *abiicitur.*

Qua abuſi ſequentibus literis הוי plerumque extrudunt א, ac ſi radix eſſet de quieſcent. Lamed ה, מוצה מוצים מצו, *matſu*, *motſim*, *motſa*, & in paul טנוי *ſanui*, מצוי *matſui*. In præterito מצינו *matſinu*, vt גָּלִינוּ *Galinu*. Pari auſu tertiam fœmineam ſingul. præteriti claudunt per ת, בָּאת *bath*, מְצָאת *metſath*, prorſus vt בְּנַת *benath* גְּלַת *ghelat* tertia fœmin. ſingul. præteriti Chaldaici de quieſcent. Lamed ה. quanquam Hebraica analogia lego מָצָאת קָרְאת גָּלְת *matſath*, *karath*, *Galath*, pro מָצְאָה *matſea*, קָרְאָה *kareá*, גָּלְתָה *Galetha*. Contra quieſcentia Lamed ה, conuertunt in Lamed א, & maxime cum affixis, vt עשאה *aſaáh*, fecit eam, ne dicentes עשה *àſah*, confunderent cum עשה *Aſá*, fecit. Sic in reliquis vocibus עשאוה *aſahuha* pro עשוה *aſuha*. & in verbalibus הכאה *baccaa*, plaga à נכה *nacha*, הוראה *horaa*, ſignificatio, a ירה *iara*, הרשאה *harſhaa* poteſtas, à רשה *raſha*, משתא *miſta* cōuiuium. vnde plurale משתאות *miſtaóth* a שתה *ſatha*. Hoc enim habent à Chaldæis, vt confundant quieſcentia Lamed א. & ה.

3. *Fœm. præte. deſinit in* ת.

In verbis quę incipiunt à zain vel tſádé, tota cōiugatione Hithpaël, Tau ſymbolum coniugat. cōmiſcetur primæ & ſecundæ radicalibus, ne illud eſſe de radice ſeu corpore dictionis exiſtimes. Nam & iſtud vſuuenit in contextu Biblico, ſiquidem prima radicis fuerit vna ex literis סשצ ad Euphoniā

ט & ך *in quibuſdam locis nō ſunt de radice.*

ne duo ſibili ſeſe proxime excipiant : niſi quod in סְפִּ retinetur inuariatum, poſt זי mutatur, poſt illud quidem in ט, poſt zain vero in ד, ſed apud Rabbinos & Chaldæos tantum ob illam affinitaté, quæ eſt inter תטד, vt pote literas eiuſdem organi, ſeu (vt Hebręus dicit) מוצא אחד. Exemplo ſunt הצטדק *hitſtaddek* pro התצדק *hithſaddek*, & הזדמן *hizdammē*, pro התזמן *hithzammen*, a radicibus צדק וזמן *tſadak*, *zaman*.

Rabb. verbum, quod vſu ſcripturæ eſt intranſitiuum in Hiphil, tranſitiue plerūque vſurpant ſubiuncto את vel pronomine paſsiuo, vt הֵקִיץ *hekits*, ſurrexit, & rabbinice הֱקִיצוֹ *hakitſó*, excitauit eum, &c. Hinc illud cuiuſdam הקיצוני רעיוני *hakitſuni raaionai*, excitauerunt me cogitationes meæ. Atque hoc probat R. Dauid in Michlol, contra dogma Patris ſui R. Ioſeph, præſertim cum etiam in ſcriptura, tranſitiua & intranſitiua in eadem coniugat. nonnunquam reperire liceat. Hinc etiam verbis Kal vtroque modo vtuntur, פסק *paſak* ceſſauit, & ceſſare fecit, vnde פוסק *póſek*, arbiter, qui litem dirimit, חזר *hazar*, rediit & reſtituit, quod in aliis cōiugationibus locum habere poſſit, & quidē in hithpaël, quę proprie eſt reciproca, vt apud R. Iſaac Arama in Geneſi נתנבא ילדותך *nithnaabbe ialdutechá*, prophetata eſt natiuitas tua, cū tamen trāſitiue hoc verbum ſumi ſoleat. *Intranſitiua trāſitiue ſumi.*

Non tantum vna reperta perſona integram cō-

El. in tr. &c. ſpec. ſcc. 3. & Bahur orat 2. cle. 13.

iugationem actiuam & paſſiuam ipſi reſpondentē formāt, vt vulgatus eſt canon הברקרקים *hamdakdekim*, verumetiam reliquas, vt החריף, *hechirph*, cuius radicis vſus extra eos nuſquam eſt in hiphil & hophal, ſed tantum in kal & piel.

Synæreſis.

Per ſynæreſim ſæpe contrahunt dictiones vbi adeſt litera א, vt יהוא יהו *Iehu* pro יִהְיו *libiu*, יהא & יהי *lehé* pro יִהְיֶה *Iihie*, vt Chaldaice תְּהוֹן *tehon*, pro תֶּהֱוֺן *teheuon*. Qua norma paſsim in Talmud א abſorbetur in medio, quod imitatus R. Selomó ſæpe vſurpat אתמר *ittamer*, loco אתאמר *Ithamer*. Et per ſyncopen Nun vt אִתְּצַל *ittatſal* pro אִתְנַצַּל *ithnatſal*, & per Aphæreſim צג *tſag* pro וצג *iatſag*, ſtatuit, in Beuiario Heb. de benedictione nuptiarum.

Permutatio literarum.

Literas אחהע ſæpe inter ſe permutant, ſeorſum א in ע & contrà, vt כעור *cahur*, & כאור *caur*, turpis, ערע *hara*, ארע *arah*, & ערא *hara*, accidit, עיכל *hikkel*, & איכל *ikkel*, digeſsit, ח in ע, vt עג *ghag*, circinnauit, idem quod Hebræum חג *hag*, ח in א חֵפֶץ *hephets*; & אֵפֶץ *ephets*, א in ח כסא *kiſſé*, & כסח *kiſſéh*, in ſecunda ſectione 14. cap. Oſee in Rab. Selomó. Item & literas quę ſunt eiuſdem inſtrumenti, vnde quod Hebraice עקב *aakab*, ſupplantauit, Rabbinus ait עקף *aakaph*, ב & פ confundunt אותן *othan*, eos, & אותם *otham*, שְׁמַרתן *shemarten*, & שמרתם *shemartem*, pro eodem, זוכרין *zocherin*, & זוכרים *zocherim*. Sic in Eſaia cap. 19. memphis appellatur נוף

noph. In Oſea vero 9. מוף *Moph*.

Tanta licentia literas אהוי inter ſe commutãt, vt interdum ו quieſcentium Ain, in ה vertant: hinc מהל *mahal*, pro מל *mol*, circuncidit, & benoni מוֹהֵל *mohel*, & verbale מהולה *mehula*, circunciſio. Quãquam Elias in eo putet ה iniectum per pleonaſmũ, & contrà ה vel א in Vau, vel Iod. Nam à נאם *naam* dixit, reperio נם *nam*, à שאל *Shaal* interrogauit, שיל *Sha:a'*. Sic in nominibus שירי *Seieré*, pro שארי *Saaré*, reliquiæ. A תָּם *tam*, completus eſt, in hiphil לחתאים *lehathim*, ad complendum, in Rab. Iaacob, à תָּוָה *taua*, תהה *taha*, miratus eſt. Cui affine eſt התויך *bithuith*, mediauit, à תוך *tauech*. Quam cõmutationem in aliis literis interdum obſeruãt, עלע *alaa*, pro בלע *balaa*, ſorpſit, להג *lahag*, pro הגה *haga*, loquutus eſt, בהב *bahab*, pro להב *lahab*, inflammauit, præſertim quando inter illas eſt affinitas prolationis. Itaque vtũtur (ait R. Moſe Leu. 23.) Sapientes caph, & koph, in differenter עכב & עקב *acab*, retardauit. קסט & כסט *caſat*, ornauit.

Verborum etiam ordines non raro confunduntur. Exẽplum ſit זכה *zacha*, vice זכך *zachach*, dignus eſt, meruit. עף *aaph*, volauit de qu. à quo verbale עפיפה *aaphipha*, volatus, de duplic. In Niphal q. Ain & duplicantium locõ נָדוֹן *nadon*, exempli cauſa, dicunt נידון *niddon*, pro נָדַךְ *nadac*, נידך *niddach*, verſa ſcilicet motione magna in paruam & daghes. Quod & alibi more Chaldæorum ſæpe faciũt: apud quos.

Ed: marginal notes: אָרְוִי (beside line 2); In Tiſbi. (beside line 6); Motio parua & daghes pro magna. (beside Niphal lines)

verba, quę ſuapte natura quieſcentia ſunt, fere fiũt
defectiua,ideſt,ſuam imperfectionem ſupplent per
daghes:quod quidem in his duobus ordinibus de-
fectum non præcedentis,ſed ſequentis literæ præ-
ter Hebræorum leges indicat.

Verba quadrata.

Formam quadratam tam in piel, quàm hithpaël
paſsim in perfectis vſurpãt סובר *ſober* tulit, השתותק
hiſtotek, conticuit.

Benoniim.

Commixto præterito & participio lego in tra-
ctatu בתרא *batra* citante Rab.Iſaac,rurſum vidimus
דהוו מְנַסְרוּ כשורי כגרמיה quod ſerrabant trabes ex
oſſe eius,de ceto loquitur:vbi ſi in meo codice nul
lum ſit mendum מנסרו *menaſſeru*, poſitum eſt pro
מְנַסְּרִים *menaſſerim* vel מְנַסְּרֵי *menaſſere*.

Similia multa participia cum preteritis compo-
ſita occurrunt vt מינצו *minnatſu* pro מתנצים *mithna-
tſim*,capientes,aucupãtes. Apud Talmudicos enim
Vau ponitur ſæpe in pluralibus Participiorum ma-
xime quieſcentium lamed, קרו *karó*, vocantes מנצו
menatſo, rixantes:quod videri poſſit factum à parti-
cipio & affixo,vt אתון מניתו *attun mathnithu*,vos do-
cetis, corrupte pro מתנין אתון *mathnin attun*. Sic
מתנינן *mathninan* nos docemus,pro מתנין אנן *math-
nin anan.*

Vſurpant fœmineum benoni Niphal pro nomi-
ne ſubſtantiuo,vt נִבְרֶכֶת piſcina,quod citat Kim-
hi ex Miſna,in rad. עכר.

Part. maſcul. componuntur cũ affixis, &c.

Participia maſculina componunt cum pronominibus, vt vim præſentis temporis habeant, contra linguę Hebraicę rationem, מְקֻבְּלָנִי *mekubbalani*, per manus accipio ego, pro מקבל אני *mekubalani*, ſępe apud Talmudicos & Eliam in Maſ. Ham. Sic in R. Moſe qotſis אַמְרִינַן *amerinan*, dicimus nos, גָרְסִינַן *gareſinan*, legimus nos, תנינן *taninan*, diſcimus nos, אמינא *aména*, dico ego, פּוֹקְדָנִי *pokedani*, viſito ego, non autem viſitans me, vti poſcebat ratio Hebraica. Qualia quinque extare in Scriptura multi putant מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *miſthahauitem*. Ezech. 8. יוֹלַדְתְּ *ioladath* Iud. 13. & tria alia eiuſdem formę Ierem. 22.

Peulim.

Peulim loco benoniim כפוי *caphui* pro כּוֹפֶה *cophe*, ſuprimens, diſſimulans, נשוי *naſui* pro נושה *noſe*, qui vxorem duxit, רכוב *rachub* pro רוכב *rocheb*, equitans, סבור *ſabur*, pro סוֹבֵר *ſober*, cogitans. Vide Eliam in Tisbi, radice נשה, & R. Abraham in tſahoth pag. 167. fac. 2.

A verbis neutris kal deriuant Peulim, à שָׂרָה *ſara* manſit, שָׂרוּי *ſarui*, collocatus, poſitus, vt ſignificationem ducat à piel vel hiphil.

Infinitiui.

Talmudici formam illam infinitiui vſurpant, quę more Hebraïco formatur ſubiecto י per paragogē hoc modo, פְּקוֹדֵי *pekodé*, לפקודי *liphkodé*, & in niphal איפקודי *ippekkodé*. Reperio etiam abſque Iod in comment. Kimhi in Sophoniam איכסוף *ikkeſoph*. Sic in quadam prece Erubim. i. Paraſceuę liceat nobis לְטַלְטוּלֵי וּלְאַפּוּקֵי וּלְעַיּוּלֵי mouere, educe-

re, introducere.

Ex illa cognatione ſignificationis, quæ eſt inter niphal & hithphaël, iungunt affixa, cum infinitiuo hithpaël; vt ſcriptura cum infinitiuo niphal. Exemplum reperi 7. cap. Phyſ. Rab. Tybbon להתרחקו *lehithrahako*, ob interuallū eius. Et certè lego veteres Hebræos duas has coniugationes pro vna eadémque habuiſſe, quod illud Rab. Sclomonis Geneſ 24. ſatis arguit. וַתְּכַס inquit, כמו וַתִּכָּבֵר ותשבר לשון מתפעל. Vnde fortaſſe tracta eſt harum commiſcendarum ratio, נתקרש ſuprà.

Vocales in ſe commutatæ. ל infinitiui defectiuorum & quieſcentium pe Iod enunciant per Iod, non autem ִּ, id eſt, per hiric paruum & daghes, hac ſpecie, ליקח *likkáh*, pro לָקַחַת *lakahath*, ליתן *littán*, pro לָתֵת, *latheth*, ליפול *lippol*, pro לִנְפּוֹל *lapheleth*, aut potiùs perfectè לִנְפּוֹל *linpol*. Et in quieſcentibus ליטן *liſſán*, ליבוש *libbos*. Non multū diſſimili regula contractim dicunt ליפקר *lippaked*, in infin. niphal, pro לְהִפָּקֵר *lehippaked*, ſic ליהרג *leharég* pro לְהֵהָרֵג *lehebareg*, &c. Nam inter omnes literas cheui, ה maximè eſt obnoxia contractionibus, vt apud Græcos certę ſunt vocales, vt α, ε, ο, craſibus ſubditæ.

Futurum. Pro Iod æthan interdum ſufficiunt נ, nimirum ad formationem tertiarum perſonarum, quod vix alibi fit, quàm in Talmud & in Targum Ieroſolymitano, vbi pro יִפְקוֹד *iphkod*, dicunt נפקוד *niphkod*, & נפקדו *niphkedu*, pro יפקדו *iphkedu*. Quo ſenſu Kimhi initio

hi initio ſuorum commẽt. in Abdiam, illud e Thalmud citat כפא רחק נגרא: בגויה נשרוף ארדלא, vbi נשרוף *nishroph*, dictum eſt loco ישרוף *ishroph*. In medio, inquit, cochlearis, quod ſculpſit faber, adurit ſinapi. Quod perpetuum eſt apud Syros, vt in nouo teſtamento Syriaco apparet, etſi illic perperã nun in iod corruperit Tremellius.

A quolibet verbo Rabbini deducunt verbalia *Verbalia Rab.*
ſubſtantiua, maſculina quidẽ formæ שלום *shillum*, vt à קצר *katſar*, procreant קיצור *kitſur*, quemadmodum antea ſubmonuimus. In quieſcentibus pe iod, quod eſt peculiariter obſeruandum, mutato י in vau וידוי *viddui*, confeſſio, ויכוח *viccuah*, argumẽtatio, ויעודים *vihudim*, conuentus. Fœminina verò formæ ſeu notationis נדיבה *nediba*, veluti דריכה *Quomodo fœminea legẽda.*
dericha, עֲשִׂיָּה *aaſiiá*, כתיתה *kethitha*, מיתה *mitha*, à *Elias ſpec. 2.*
verbis דרך *darac*, עשה *aaſa*, כתת *cathath*, מת *meth*, *tracta. ſpecierum.*
aut formæ חֲמִימוּת *hamimuth*, de qua paulò poſt. Earum autem prior vſque adeo Rabbinis familiaris eſt, vt ea etiam vtantur in imperfectis omnium ordinum. Hinc נסיגה *neſigha*, retroceſio à סג *ſag*, quaſi radix eſſet נסג *naſag*. Huiuſmodi formæ (inquit Elias) nomen deriuari poteſt à verbo quolibet, eritque nomen operationis. Quòd ſi non interiece- *Spec. 2. & 7.*
rint iod, magna ex parte fœminina leges ex forma צדקה *tſedaka*, niſi forte alteram ex vocalibus expreſſe habeant, quæ lectionem oſtendat, vt זמורה *zemota*, מלוכה *meluchá*, ſicuti antea dictum eſt. E cõ- *Elias in Tiſbi.*

trario à verbalibus plerunque deducũt verba ſumpta litera ſeruili pro thematica, vt à תחילה *tehilla*, התחיל *hithhil*, quaſi radix eſſet, non חלל *halal*, ſed תחל *tahal*, à תרומה *teruma*, תָּרַם *taram*, primitias obtulit: cùm tamen radix propria ſit רָם *ram*, & ת heæmanticum. à מַשְׁכּוֹן *maſcon*, מִשְׁכַּנְתָּ מִשְׁכַּן *miskan*. Sic fit תָּרַע *taraa*, à תרועה *terugha*, אִימֵּת *immeth*, ab אמת *emeth*, in Phyſica Rab. Tibbon, cap. 5. נתאלמן *nithalmen*, ab אלמן *alman*, apud *R*. Leui, Leuit. 21. habent ſimile in ſcriptura quo ſe tueantur, מִתְיַהֲדִים iudaïzantes à יהודה *Iehuda*. Prætereà quod communius eſt, à quolibet verbali quodlibet verbum, vt à חמיר habes חחמיר. & à barbaro לִסְטֵם, ideſt, λῃστής piël לִסְטַסְתָּ תִּי ליסחם, *liſtas*, *liſtaſta*, *liſtaſti*.

De nominibus, ſiue nominum formis & notationibus.

Forma דָּבָר vſitatiſſima in adiect. & סֵפֶר בֶּגֶד in ſubſtant.

Forma hæc nominum דָּבָר *dauar*, frequentiſſima eſt, ac ferme ſic legendum eſt vbi nullæ exprimuntur vocales. Nam nominum quinque aut ſex punctorum formas frequenter obuias vſus & Lexicon te docebit. Neque enim regula alia à ſe inuicem diſtingui poſſunt, quàm quòd harum vſus ſit abſtractorum ſiue ſubſtantiuorum, בֶּגֶד *beghed*, אֶרֶץ *érets*, כרם *kerem*, רגל *reghel*, אבן *eben*, פסח *peſah*, &c. שֵׁבֶט *shebet*, ספר *ſepher*, חלק *helek*, ערן *éden*: illa magis ſit concretorum ſiue adiectiuorum, נָבָל

Elias 3. Babur. elem. 3.

nabal, חרש *haras*, יקר *iakar*, חכם *hachan*, יָשָׁר *iashar*, &c. Adeo vt inter nomina ſex punctorum duo Toar reperiri pro miro notet Abben Ezra in lib. Tſahoth; יֶלֶד puer, הֶלֶךְ viator. Verùm in plurali iam conſpirant, eaſdémque habent motiones, imò omnes formæ deſtitutæ vocalibus Vau & Iod, in eam formam plurali numero conueniunt, niſi forte fuerint de dagheſſatis, ספרים בגדים דברים שכרים, כתבים *ketabim*, *Sepharim*, *beghadim*, *debarim*, *Shecharim*, vt merito dubites, inquit Elias, à quo ſingulari deſcendant. Forma tamen זָקֵן *zàken*, retinet ſuum tſeri, זְקֵנִים, etiā in fœmi. genere זְקֵנָה *Zekena*. Nā potius eſt forma participij ſecundi modi kal, quàm nominis, tametſi Kimhi malit eſſe nominum Toar, quibus aliquando pro participiis vtamur. Reliquæ nominum formæ aliquam ex literis protractionis expreſſam habere ſolent, ad monſtrandam lectionem. Nomina enim fere omnia plena ſunt, etiam in ſcriptura, adiectis iam punctis, vt annotat Elias tab. 1. orat. 2. Maſor. Hammaſ.

דְּבָרִים *forma plural. omnium, quæ carent literis protractionis.*

Elias in kimhi rad. נטף.

Ab omnibus nominibus Rabbini paſſim formant paronyma (Toatim vocant) addito Iod in fine pro maſculinis & ית pro fœmininis, contra linguæ Hebraïcæ conſuetudinem, (non tamen analogiam) in qua nulla fiunt huiuſmodi paronyma, niſi gentilia tantum & ordinalia, cum aliis pauciſſimis, ſed apud iſtos quæcunque. A יום *iom*, enim dicunt יומי *iomi*, diurnus, à תַּלְמוּד *talmud*, תלמודי *tal-*

Adiect. maſc. formas Iod calci additū, & ית fœmin.

mudi, doctor, ſic יהודי . מצרי *iehudi*, *mitzri*: ac poſtea fœminine per ית vel ה יהודית *Iehudith*, Iudæa mulier, & יהודיה *Iehudiiá*: (quanquam poſterior hæc terminatio ſit tantùm gentilitiorum) יומית *iomith*, diurna, צרפתית *tſarphathith*, Galla mulier, & aduerbialiter iudaïcè, gallice, quæ proindè à Sante dicuntur *Gentis* aduerbia. Idem efficiunt ſyllaba ני & נית, vbi dictio per ſe non ſatis plena & vocalis eſt, vt fit in monoſyllabis & diſſyllabis vt גופנית *ghuphnith*, רוחנית *ruhanith*, חיונית Hiiunith, vitalis, היולאני *hylani*, materialis. ſic enim enim vocaliora ſunt. Formant & abſtracta, quæ appellant שמות *ſhemoth* aut שמות הדבר *ſhemoth*, *haddabar*, in ות, עצמות *hatſmuth*, ſubſtantia, כנויות *keniiuth*, agnominatio, affixum, סמיכות *ſemichuth*, continuatio, ſyntaxis & ſimilia. Similiter & aduerbia quædam תניינות *tinianuth*, ſecundò; תליתות *telithuth* tertiò. Reperies & ſubſtantiua cum adiectione ſyllabæ יא, maxime in quieſcentibus, vt כניסייא *kenifiá*, קריא *kiriia*, ſæpe in iis qui magis accedunt ad ſtylum Talmudicum.

ות *format abſtracta aut aduerbia.*

Quinetiam Caldæorum more nomina התואר ſeu concreta fabricant adminiculo literæ ן vel ſyllabæ תן hac forma, סוכלתן *ſocletán*, intelligens, חומסתן *homſetán*, fraudator. Quæ deinde faciunt ſubſtantiua adiectione Chaldaica, aut ות Rabbinica, סוכלתנו *ſocletanú*, intelligentia פורענות *purhanuth*, vltio, abſque ת ante ו: quod ſyllabæ תן & תנו

ן *Format concreta.*

נות & נו *abſtracta.*

magis Chadaïſmum quàm Hebraïſmum redoleant. Ad Hebraïcas autem formas ſua potius accommodent quàm Chaldaïcas, etiam ſi alioqui radix fuerit Chaldaïca.

Præterea quoniam non omnium toarim propria & diſtincta inueniunt nomina, in illis locis, in quibus ſcriptura ſimpliciter vteretur participiis pro toarim, doctores Hebræorum ad eorum diſcrimen literam ן in fine addunt præmiſſo ָ, vt apud illos גוזל *Gozel*, rapientem ſignificet, גוזלן *Gozlan*, verò raptorem, ſic כועס *cohes*, iraſcentem, כועסן *cohaſan*, iracundum, שוכל *shochel*, intelligẽtem, שוכלן *shoclan*, ingenioſum. Qua forma apud Arabes & Turcas Imperator, שולטן *ſoltan*, nuncupatur. Hæc eadem nonnunquam trahunt à ſubſtãtiuis ſeruata lege mutationis punctorum כַּעְסָן *canſan*, iratus, סַלְחָן *ſolhan*, agreſtis, גַּזְלָן *gazlan*, raptor. Vnde Rab. Moſe הַדַּרְשָׁן *haddarſan*, concionator, דַּעְתָן *dantan*, intelligens, קַבְּלָן *kablan*, qui didicit libros cabalæ, à כעס סלח גזל דרש, &c. qua ſimilitudinẽ vnicum reperitur in ſcriptura, Lament. 4. נָשִׁים רַחֲמָנִיּוֹת mulieres miſericordes, cuius ſingulare eſſet רַחְמָן vel רַחֲמָנִי *rahman*, *rahmani*.

Debuiſſent tamen fortaſſe illa formaſſe à Benoniim ſubiecto Iod Hemantico. Nam id non feciſſent ſine ſcripturæ exemplo שוכני *shochenim*, habitator, à שוכן *shochen*, habitans, in Abdia.

His non contenti, vt linguam ſuam reddant lo-

Toarim formant à Benoniim Kal.

Elias cap. ſpec. ſpecie 4.

cupletiorem ab omnibus penè coniugationibus creant nomina, hauddubiè verbalia, quę deſignent actionem coniugationis, à qua deſcendunt.

A Kal, formæ ידיעה *iedihá*, vt Iod inter ſecundam & tertiam radicalem, huiuſmodi notationem demonſtret.

In Niphal vſurpant fœmineū Benoni pro nomine ſubſtantiuo, נברכה *nibrécheth*, piſcina, vt Kimhi è Miſna docet in rad. עכר *aachar*.

In Piel, Iod poſt primam verbi conſtituit maſculinum formæ שיתוף *shittuph*, חיבור *hibbur*, nudum daghes fœmin. צַוָּאָה *tſauuaa*.

He præfigitur deriuatis coniug. Hiphil. & Hithpaël.

A coniugatione Hiphil conficiunt nomina pręfixo he, הפסד *hephſed*, הרגל *herghel*. He nimirum affecto ſegol in deriuatis maſculinis, páthah in fœmininis השחתה *bashhathá*, הולכה *holachá*, הודיה *hodaiiá*, השגה *haſſaga*, הַטָּיָה *hattaiá*, in quibus duobus & affinibus, he etſi imprimat dághes, eſt characteriſticon coniug. non Hajedia, quia id facit ob defectum nun primæ radicalis: aut –: ſi ſint de q. ain הערה *haará*. Similiter formant à radicibus quieſcentium Lamed He deriuata, præfigendo literam Nun affectam hiric ſequente ſcheua; fortaſſe quia deducta ſunt à coniugatione Niphal, נמסות *nimſuth*, נמחות *nimhuth*, à מסה, מחה. & aliquando aliorum ordinum, vt נמוק *nimmuk*, à radice מקק. Reperio etiam Nun affectum ſcheua נסיגה *neſigha*, à סוג. A coniugatione hithpaël ſubiecta ſyl-

נ præfigitur deriuatis quieſcen. Lamed. ה.

laba וּת vt התפקרות *hithpakduth*, ſic התנצלות, *hithnatſluth*, הִתְגַּלִּיוּת *hithagalliiuth*, הִתַּמְדוּת *hittamduth*, criminatio, reuelatio, perpetuatio. התבוננות *hithbonenúth*, explicatio. Nam permulta apud eos extant. Interdum etiam ab eadem coniugatione iuxta rationem התחילה *hathilla*, vbi tau ſuperadditum faciũt radicale, vt poſteà dicam, vnde malim creatum ex Hiphil, הַתְקָדֵשׁ, *hathkaddas*, &c.

Cætera ab iis, quę é peculiaribus coniugationibus deducta ſunt, magis ſunt Hebraïca, & adminiculo ſex literarum האמנתי vulgato Hebræis more formantur, nempe, ſi qua ex eis præponatur, eius punctum eſt vel ◌ַ vel ◌ֶ vel etiam hiric paruum, ſequente ſcheua quieſcente, differenter tamẽ. De vulgatis Heamanticis.

Nam ה cùm dictionem incipit, habet ◌ַ & interdum ◌ִ: הַשְׁמָעוּת הַפְלָגָה הֲנָחָה *haſmahuth*, *haphlaga*, *hanaha*. ה Initio habet pathah.

א plerunque inſignitur ſegol, raró patháh אֶצְעָדָה *Etſaada*. א ſegol.

Mem ferè habet hiric vltima ſyllaba affecta ◌ָ vel holem, מִשְׁפָּט, מִזְמוֹר *miſpat*, *mizmor*. מ hiric.

Tau notatur ◌ַ תַּרְדֵּמָה תַּלְמִיד *talmid*, *tardema*. Niſi alterum ת ad finem acceſſerit, in hunc modum תִּלְבֹּשֶׁת *tilboſeth*. Vbi etiam obſeruabis ת adhærẽs finibus exigere ſegol ãte ſe, vbi nulla vocalis expreſsè adeſt: alioqui vel ſurec vel hiric gadol מַלְכוּת *malcuth*, מִצְרִית *mitſrith*, & interdum holem, vt אחות *ahoth*, ſoror, חנות *hannoth*, gratia. Totidem enim ת patháh. ת finale habet ſegol ante ſe.

Cautiones quædam.

Non eſt ſilentio prętereundum quaſdam particulas vel etiam literas facere poſſe negotium ei, qui non diligenter attendet ad Rabbinorum lectionem. Et primùm ה accedentem ad calcem. Interdum enim index eſt ſecundarum perſonarum ſingularium vtriuſque generis. Quare פקדת pro ratione loci leges *pakádta & pacadt.* Interdum ſignum fœmininorum, quę habent ante ה ſegol, ſed & eorum quæ in ſtatu regiminis & affixionis ה in ת verſo reponuntur. Qualia ſunt אדרת *addéret*, נקבת *nekeuath*, נקבתו *nekeuathó*. Quæ omnia minimo negotio diiudicabis: & maximè ſi intelligis formam פּוֹקֶדֶת eſſe creberrimam in participiis. Alteram verò quæ habet ה factum ex ה, propriè eſſe nominum. Reliquę conſonantes finibus appoſitæ ſimilem ambiguitatem gignere non poſſunt, quia, vt acutè vidit Elias enarratione 5. primarum tabularum Maſor. motio literam in fine dictionis poſitam afficere nunquam poteſt, præter ה, כ, & ו. cæteris conſonantibus tractis per ſcheua ad præcedentem ſyllabam. Sed duæ poſteriores tum per camets proferuntur.

ה in calce ambiguitas.

Elias Babur orat. 3. elem. 10. & orat. 2. elem. 2.

Tertia & poſtrema libri pars, de literis vel ſyllabis ſeruilibus.

Deinde Vau & Iod finales, aliâs enim affixa ſunt, aliâs minimè, vt pluribus antea dictum eſt. Tum Munera literarum האמנתי *heemanti*, formatiuarum verbalium, literarum איתן *ethan*, indicum futurorum, בכלם *biclam*, gerundiorum, תחיבוו *tehi-*

Iod & Vau final. ambiguitas.

Literæ ancillantes cognoſci debent.

mun,indicum perſonarum præteriti & aliquando cæterorum temporum ac modorum. Poſtremò ad vnguem promptam habebis rationem affixorum כנוים הכנוים *bachnuiim*,quibus ſcilicet punctis ſignētur, quaſque motiones proxime ante ſe exigant tā in verbis quàm in nominibus: atque miniſteria literarum miniſtrarū משה, וכלב, *moſe, vecaleb*, quarūm hæ imprimunt daghes ſequenti, ſi capax fuerit, prima affecta hiric, altera ſegol, tertia pathah: illæ וכלב peculiari puncto ſcribuntur per ſcheua, niſi quòd Vau ante literam affectam ſcheua, aut literas בומף ſurec, nuſquā habet pathah, vt in cōtextū, quoniam, vt nec apud Caldæos, niſi rarò admodum; ita nec apud Rabbinos conuertit futurum in præteritum, niſi forte cùm citant ſcripturam, in qua Vau hippuc reperitur. Idem eſto judicium de conuertente præteritum in futurum. Cæteris abutuntur ad multa, vt ה ad relatiuum ש, ante particulas inflexiles, cum ſcriptura tantùm id ante verba vel participia preſtet. Hinc apud R. Leui, Leui. 21. הכוסים היותר קשים maculę quę magis (ſūt) difficiles.

Rabbini copulant variè literas moſe vecaleb.

ב per ecclipſim ad allegationes vt R. Selo. Leuit. 22. בצו את אהרון *betſau eth Aaron*, in (ſectione, quæ incipit) præcipe Aaroni, Leuit. 6. Nam per ecclipſin ſubaudiuit, *parshath*, ſectionem, vel *paſuk*, verſum, vel *perek* caput, vel *maſſecheth* tractatū.

כש *Initio tempus ſignificat.*

Quin & apud ipſos ex illis duæ כש tam coniunctim quàm diuiſim reperiuntur. Coniunguntur au-

tem inuicem vt ſignificent tempus, vt puta præfixæ nominibus & verbis hunc in modum, כשהוא *keſehu*, cùm ipſe, כשהיה *keſehaia*, cũ erat: & cum ל, לכשיבא *licſeiabo*, vt venerat. Vbíque ſignificant cùm, vbi, ἐπειδὴ. Secundò לש ad denotandum finẽ לשאינן *lesheenan*, eo vt non ſint, לשׁלא רם, ישפך, vt nõ ſanguis fũdatur, in R. Iſaac, Gen. 9. vt לשימנעו *lesheimnahu*, vt prohibeánt. Tertiò בש ad materiã vel efficientem בשאמר *besheamar*, in eo quòd dixit, vel própterea quòd dixit. Sic Geneſis 6. בשר בְּשַׁגַּם propterea quòd caro eſt. Quartò מש ad temporis circunſtantiam משבאו *mishebau*, poſtea quàm venerunt, משמת *mishemeth*, ex quo mortuus eſt. Includunt & negatiónem, vt, Fœminæ ſeparabant ſe à viris, משיקיימו פריה ne firmarent procreationem. Rab. Iſaac in 5. cap. Geneſ. Item redditionem comparationis משאמר quàm vt dicat. Quintò מל ad negandum aliquid de aliquo, Chaldæorum more, vt in Kimhio in Aggæũ aliquoties, מלבנות *millibnoth*, ab ædificando, id eſt ne ædificarent. מלשמור *milliſmor*, quo minus ſeruarent. ל autẽ relinquũt ex affirmãte לבנות *libnoth*, &c. quoniã apud eos eſt infinitiuorũ index, vnde rarius cæteris literis בלם gerũdiorum formatiuis vtũtur teſte Elia. In nominibus non negant מלעיל מלרע *milraa*, *milhel*, ſupernè, infernè. Sextò של ad indicãdum genitiuum שֶׁלִּי *shelli*, mei vel mis, & cum מ משלי *miſchelli*, ex meo, & Elias in Bahu. lib. 1. elem. 6. diuiſim של יוחנן τῶ ἰωάννου Septimò בכ ad valorem,

molem & æſtimationem paſſim in Talmudicis, vt apud R. Moſe, Leuit. 11. reptile contaminat, בכעדסה *becaadaſa*, ad menſuram lentis, & poſt, כב ביצה, ad molem & magnitudinem oui.

Octauo בשל *beſhel*, ad indicandum poſſeſſionis genitiu *bid*, & Chaldaïco more בר vt apud eūdem num. 28. Potus mixtus eſt prohibitus in libaminibus, אפילו ברעבר, etiam in ſerui (libatione, ſiue ſacro libatorio.) Aliȩ copulationes ſunt partim biblicæ, vt לְבַסוֹף ad extremum, tandem, ne hîc diutius immorer, partim non ſunt, בעל פה *bealpe*, per os, בעל כרחו *beal corho*, per coactionem eius, vi.

Literæ ancillantes Caldaiæ aut Talmudicæ. Sunt & aliæ literæ quæ ad frontem ancillantur, ſed quæ non occurrant, niſi cum forte citantur vel Caldaïca vel Talmudica, qualia ſunt ארק. Tum autem Aleph reſpondet מִן Hebræorum, ac propterea ſignificat de, in, præ, vt in Kimhio אבי *abbé*, de inter, vt interim ſubmoneam proprium eius punctum eſſe – ſequente daghes. *In 4.c.Ion.* Significat etiam ל vt אקרא *akkara* τῇ γραφῇ, אגמלאי *agmalaé*, in camelos, in tractatu Berachoth, אעץ ואפרי, ad lignū & ad fructum, in R. Selo. Leuit. 26. ארישא *aresha*, in capite, vel ſuper caput, אליבא דר׳ יוסי, iuxta cor R. Ioſe. Abundat etiam, vt אִידָא *aieda*, manus, vel eſt ſignum pluralis numeri, vt apud Arabas, Pſal. 1. אטרפוי *atarphoi*, folia eius. Daleth index eſt genitiui Caldæorum, aliàs eadem habet munera quæ

ט Hebræorum. Eſt & litera emphaſcos כסאו דדויד *kiſo dedauid*, ſolium ipſius Dauidis. Inſeruit etiam allegationibus, quòd ipſi eſt cum מן Hebræorum commune, גלות דיהושע *gulloth*, *dihoſua*, *ſources de Ioſué* Gall. id eſt, quarum mentio fit Ioſué 13. Notatio eius eſt ſcheua. Quanquam apud Danielem & Ezram nunquam ſola ſeruit, ſed cum Iod, ac ſeparatim dicitur די. Koph verò in Talmud tantùm ſeruit, ſignificátque tam ſeparata, quàm annexa affirmationem cum puncto ָ, aſcripto ſæpe א, vt דקאמר qui quidem dixit, דְקָתְנִי *dekathni*, quia ſanè legitur, in R. Selo. Leuit. 23. quanquam ſæpe ſit expletiua particula. Hæc omnia exactè diſtinguenda ſunt, vt abiectis literis ſeruilibus faciliùs eruas themata, thematúmve rationem, quæ in radicalibus eſt poſita.

מן Min quoque inſeruit locorum citationibus, quaſi per eclipſim vocis ענין *hinian*, ſignificatio, & שרש *ſores*, radix, vt deſignetur illud quod extat in contextu, & illud, quod aliunde citatur, eſſe eiuſdem ſignificationis & radicis ſiue originis, quamuis contingat, vt vnum nomen, alterum verbum ſit.

Exempla crebro occurrunt ויּם הפחתם מן מפח נפש ſunt qui exponant vocem hippahtem ex (ſignificatione & radice vocis ſequentis, quæ reperitur Iob 11.) exufflatio animæ.

Sed me locus admonet, illud quoque eſſe ob-

Multa vocabula decurtari.

Vt apud Kimhi Mich 6. & R. Ioſeph Albo lib. 4. c. 25.

ſeruandum poſtremas literas per Apocopen ſępe à Rabbinis tolli, quod in tritis quibuſque fieri ſolet, quę, vt vaſa, aſſiduo teruntur vſu. Nam vides בי in ſuperiore Kimhi allegatione poſitum pro בין *ben*, ר׳ יוסי *R. Ioſé*, pro Ioſeph: aliâs etiam pro בית *beth*, ſic הו *ho*, pro הון *hon*, לימא *lema*, pro לימר *lemar*: & ſępe ſacroſanctum Chriſti nomen citatur ſine ע ישו *Ieſu*, pro ישוע *ieſua*, multáque huiuſmodi. Hoc autē accidit propriè ex vſu linguę Syriacę quę literas maximè gutturales reiicit: hinc תליסר *teleſar*, tredecim, pro תלת עשר *telath, aſar*: quę vox aliquando mihi plurimum negotij exhibuit. Non aduertebam ſcilicet hanc mutilationem in medio per ſyncopen fieri poſſe. Sic תריסר *tereſar*, pro תרי עסר *tere aſar*, de duodecim minoribus prophetis: vt aliâs apud Rab. Nam hac ſyncope crebro Talmudici vtũtur אפתחא *appithba*, ad oſtium, pro אֶל פִּתְחָא præſertim cum affixis אשכחיה *aſcaheh*, inueni eum, pro אשכחיתיה *ascahitheh*, אמינא ליה *amena leh*, dico ego illi, pro אמר אנא *amar ana*: & cum gutturalibus vbique pene שתא *ſattá*, è ipſorum ſcriptis Kimhi Pſ. 35. pro שיחתה *ſibata*, fam ea שותא *shauata*, pro שעותא *shaanatha*, cera. Qui mos abſcondendi aſpiratas ח & ע in medio ad noſtros peruenit. Nā pro σιμεών contracto dicunt σίμων id eſt סימון pro שמעון. Et νάς τουτέστι ὄφις apud Iuſtinum in Tryphone & Epiphanium in Pan. pro ναάς i. נחש *nahas*. Et poſt Apoſtolum Belial pro Beliaal, vbi in Gręco

Ῥελιάς per r, quia fortaſſe Syri ſic corruptè loquebantur.

Hoc autem eſt perpetuum à decem (i. סר *ſar*, pro עסר *aſar*,) vſque ad viginti חדסר *had ſar*, 11. תריסר *tereſar*, 12. תליסר *teleſar*, 13. ארביסר *arbeſar*, 14. חמיסר *hameſar*, 15. שיתסר *shitaſar*, 16. שיבסר *shibaſar*. 17, תמני סרי *tamne ſare*, 18. תשסרי *teſſasre*, 19.

Modo non abſimili, duas aut tres dictiones, quę ſuapte naturâ diſtractę ſunt, in hanc ſpeciem componunt, אפילו ab אף & אילו, והו à וה & הוא, מנין à אף ex אפעלפיכן Interdum nihil abſcindunt אין & מן ex לפי כן, לפיכן. על פי כן Vtrunque enim ſeparatim etiam reperitur.

Quę pertinent ad rem Grammaticam vt nomina literarum, coniugationum, & affectionum ſimilium, quo faciliùs dignoſcantur, duobus apicibus, tanquam virgulis notari ſolent, vt עבר במקום עתיד preteritum vice futuri. Deinde nomina externa & barbara vt Latina, Grçca, Gallica, &c. niſi vſu iam Hebrça facta ſint אלגא *alga*, פרנצא *Francia*, ne quis in illis quaſi Hebræis ſeſe exerceat. Tum compendia dictionum ſeu abbreuiationes Hebraïcę ר״ל, pro רוצה לומר; ז״ל pro זכרונו לברכה: quarũ breuiarium magno ſtudioſorum bono D. Ioan. Quinquarboreus & ætatis & virtutis merito noſtrę cathedrę regius decanus ad finem ſui de re Grammatica Hebręorum operis iuſta magnitudine, non ita pridem adiecit, auctis & ad ſuos auctores reuo-

Apicum vſus ſextuplex.

2. in barbaris.

3. in abbreuiationibus.

catis, quas in vnũ corpus Ioan. Mercerus ad calcem ſuæ Chaldeæ Grammatices redegerat. Nam de illis etiam ſcripſerunt Ioan. Cellarius, Santes Pagninus, Matt. Aurigallus, Seb. Munſterus & apud Iudæos Elias. Quanquam in compendio vnius duntaxat dictionis vel ſyllabæ, vel literæ apex vnicus præfigitur ר׳ משה *Rabbi Moſe*, פ׳ *Peras*, סאמ׳ *Seamat*, ורא׳ *lirrá*: & ſexcentis aliis, quorum reſectas literas ex orationis contextu facilè quis poſſit coniicere. Nam non niſi ſeruiles deſecantur, præcipue ה fœmininum ת & ם pluralia, aut ex radicalibus hæ, quæ minimo negotio diuinari poſſunt, aut cùm vox aliqua ſæpiùs occurrit; vt ſuperiora

4. in literis Arithmeticis. exempla apertè indicant. Literæ inſuper quę pro aliquo numero ponuntur, ſiquidem geminæ fuerint aut etiam plures בראשית לט׳ Geneſeos 39. תלים

5. in ſignis. קלח׳ Pſ. 138. Alioqui ſic איכה א׳ Lam. 1. איוב י׳ Iob decimo. Demum Hebręa illa quæ pro ſigno eſſe volumus, quo rei alicuius, vt figuratæ locutionis, & literarum ad aliquem vſum connectendarum lector moneatur, vt ſeptem prima verba grammatices Rab. Moſé Kimhi, quorum ἀκροστιχὶς, initia-

6. in alluſionibus. liáve elementa nomen authoris faciunt. Hoc idem denique vſu uenit, cùm figuratè præſertim vel allegoricè, alludunt ad locum aliquem ſcripturæ, vt inter laudes Danielis Bombergi initio magnorũ bibliorum כי חפץ בבת יעקב deſiderauit, inquiunt, filiam Iacob: id eſt, linguam Hebraïcam prouehere.

rc.locus eſt Geneſ. 24. Sic ad deſignandum annum, quo quid factum eſt, alludunt ad ſcripturam, in qua vox arithmeticè eũ reddere poteſt. Hoc qui edidit librum קערה ſequutus, inquit, בשנת ויצא חטר מגזע ישי hoc eſt, anno 320. ſeu vt ille loquitur, an. & exiit virga de radice ישׁי. Tot enim efficit ישׁי. *Iſai.* is eſt annus à Chriſto 1560. Annus enim trecẽteſimus Hebræorũ ſupra quinquies milleſimũ, præfinite incidit in noſtrũ 1540. Solẽt etiã omiſſis apicibus acutis punctula duo, tria, &c. iuxta numerũ literarum ſuperſignare, nunc hoc הקבה *hakkados baruch hu*, הא, nunc alio modo על גב עג *aal gab*, & maximè cùm ſingulis literis ſingulas dictiones indicare volunt. Quo pacto hanc ſententiam pſalmi 121. עֶזְרִי מֵעִם יְיָ עֹשֵׂה שָׁמַיִם וָאָרֶץ, in hoc compendium עֹמֹי עֹשֹׁו redactam pleriqueRabbinorum ſuis libris præponunt. Atque ita hunc annum 1587. notare poſſemus אתקפז. Quidam pro punctis vtuntur totidem virgulis רז״ל *razal*, id eſt, *rabbothenu Zicronam libracha*. Nam hæc compendia maioris breuitatis cauſa Hebræi legunt per A. Quod intelligitur ab extrema antiquitate repetitũ ex מכבי *Macabai*, teſſera Iudę Matathię filij. Nam iam olim quatuor illas literas, indices alioqui verſiculi Exo. 15. מי כמך באלים יהוה, quas ſingulis ordinum militarium vexillis tanquam certę victoriæ omen, Iudas inſcripſerat, vulgus vnica dictione legit, indéque teſte R. Iſaac Ben Seola teſſerę auctorem Ma-

chabeum appellauit.

Ac de iis quidem Elias ita ſcribit in tabulis fractis. Compendia ſignantur vno punctulo, aut virgula erecta aut ſupina, recta aut curua, duabus virgulis capiti literæ imminentibus aut punctis, &c. Nonnulla autem ſingulis, alia binis, alia ternis, alia pluribus literis ſcribuntur. Imperfecta quidem compendia vt Elias appellat, vt alij minus propria, eo planè modo, quo apud veteres Latinos, Prænomina *vna* notabantur *litera*, vt *k*, i. Cæſo. C. Caius *N*. Numerius, *alia duabus*, vt *Op*. Oppiter, *Sp*. Spurius. *Cn*. Cneus: *alia tribus* vt *Mam*. Mamercus, *Ser*. Seruius. Perfecta autem & propria, quę ſcilicet ſingulis literis ſingula vocabula important illo, quo apud eoſdem Senatusconſultum S.C. Senatus Populúſque Romanus S.P.Q.R. Patres conſcripti, P.C. & ſimilia pingebantur, niſi quòd puncta literarum lateribus aſcriberētur, cum apud Rabbinos verticibus ſuperſcribantur.

Vtũtur etiam virgulis & punctis pro diſtinctionibus.

Cæterum, vt huic loco coronidem adiiciam, vice diſtinctionum ad virgulam quidem ſeu comma vtuntur ſpatiis & diſtractionibus vocum. Interdum etiam hac lineola | etſi Typographi inſcitia hoc ſæpe negligant. ad membrum ſeu colon, vnico puncto. ad periodum duobus his craſsiuſculis:

Hæc abundè ſatis eſſe poterant, niſi curioſioribus mentibus reſpondere eſſet collibitum. Age igitur, videamus quis ſit obſcuriorũ locorũ ſtylus.

Rabbini & præſertim Talmudici à peregrinis linguis pleráque deſumunt, Arabica, Perſica, Græca, Latina & interdum Hiſpanica, Gallica, Italica, Germanica, &c. eorum duritiem inflexione Hebraïca aliquo modo emolliunt, dũ illa quoad fieri poteſt, in pauciſſimas ſyllabas & literas adigunt. Et quoniam vix id breuius fieri poteſt, quàm quatuor aut quinque literis, apud eos plurima ſunt nomina 4.5. 6. & raró admodum ſeptem literarum. Huius rei fidem faciunt פיסטול epiſtola, פרסופוס πρόσωπος, ארנסטים turbo. Cùm autem præter formas Hebraïcas numerus pluralis in plures ſyllabas indecorè excurrit, vltimam ſyllabam vulgò deterunt. ליסטס λῃστής, plur. ליסטים liſtim, & non ליסטסים אפטרופוס ἐπίτροπος, plur. אַפִּטְרוֹפִּין ſamec vtrobique reſecto. Alioqui triplici propriè lingua vtuntur Prophetarum, Miſnæ, & Talmud, vt in præfat. ſui Maiemonim R. Moſe docet.

Linguа Talmudicè multis mixta.

Miſcent ſæpe Chaldæa Hebræis in hunc modũ דחלבו אסור, *dehelbo aſur*, cùm vel cuius adeps prohibitus eſt, in Abben Ezra, כראיתא בחלק k*idita*, *behelek*, ſicuti eſt (in capite cuius initium eſt) helec, in Rab. Selomo. Quod diligenter obſeruant in Maſorá. מלעיל *milhel*, pro מלמעלה *milmaala*, ſuperne, ſupra vltimam. מלרע *milra*, pro מלמטה *milmata*, inferne, in vltima. כתיב k*etib*, id eſt, כתוב *catub*, ſcriptum eſt: קרי, *keri*, id eſt, קרוא k*aru*, legitur. qua proportione in euangeliis noſtris פְּרִישִׁים *periſ-*

him, phariſæi, pro פרושים *perushim*.

Confundunt formas nominum. nam exempli gratia vbi vnus effert, ודדים *vetadim*, *venulæ*, alter וורידים *veridim*, vbi vnus וידוי *vidduï*, confeſſio, alter הודייה *hodiia*, In his ſat eſt vt radicē agnoſcas & ex ea ſignificationē augureris. Itē ordines verborũ hinc vni זיו *ziu*, ſplendor, de q. Ain, alteri זיהות *zihaua*, de q. lamed ה. vni תא *ta*, cubiculum, Talmudicis התא *hatha*, perinde ac ſi ה eſſet radicale.

Iod quieſcens in ·· paragogικῶς nominibus appendunt, quaſi eſſent in ſtatu pluralis regiminis, cùm tamen ſingularia eſſe deprehendas ex adiuncto verbo, adiectiuo, vel affixo: vt סוסי *ſuſe*, equus, לְגַמְרֵי *legamre*, omnino. Ita enim legit Elias in Tisbi.

Et contrà per Aphereſim detruncant à principio vocabula סות *ſuth*, pro כסות *keſuth*, veſtimentũ, in quodam carmine R. Selomo ben Ghebirol, in quod 613 legis præcepta incluſit.

Syntaxis noua Quod pertinet ad ſyntaxim, ſatis nouè conſtruunt verbalia cum caſu verbi, vt הנהגתו אותם לא היה בענין אחד regimen ipſius (in) illos non fuit vno eodémque modo. Verba conſtruunt cum propinquiore è duobus זרם מים העוברים בירדן עברו עד ים הערבה. Inundatio aquarum tranſeuntium in Iordane confluxerunt, id eſt, confluxit in mare mortuum. Item cum ſequenti tam verbum quàm adiectiuum in genere conuenit, vt in quodam lexico,

טמיר היא אבן חוקה, Adamas eſt lapis fortis, היא *hi*, pro הוא *hu*, &c. Nonnunquam diſſimiles modos & tempora coniunctio copulatiua iungit, tametſi regimen non varietur, vt עתה כראותו ד מרכבות וידע כי לחרש דבר הראה אותם לו שאל את אמלאך מה אל דה ארוני, Nunc cùm videret quatuor quadrigas, & ſciret quod ad noui quippiam ſignificandum illas ei oſtẽdiſſet, ſciſcitatur ab angelo, quidnam illa ſunt. Vbi cùm dixiſſet כראותו *birotho*, in infinitiuo, mox וידע *vaiiedaa*, in præterito ſubiunxit pro וברעתו *vbdaato.*

Affixa non ſemper referuntur ad præcedentia, ſed etiam ad conſequentia & tunc quodammodo articulorum vel pronominum demonſtratiuorum gerunt officium, vt כסאו דוד *kiſo dauid*, ſolium ipſius, Dauid ſcilicet. quamquam ad ἐπεξήγησιν ſæpius inſerunt של *ſel*, vel Chaldaïcum articulũ genitiui caſus ד ſuprà: vt, דברו של הכוהן המקריב, Verbum ipſius, ſacerdotis ſcilicet qui offert. Non dubito quin his multa eiuſmodi addere poſſis, itaque tua diligentia fretus ad alia tranſeo.

Affixa referũt quod conſequitur.

Daghes in נ.

Daghes forte ſæpe reſoluunt in נ, מֵאַיִן *meain*, vnde, Talmudice מִנַּיִן *minnain*, vt habes in commẽtario Kimhi in Michæam, & interdum breuius מִנַּן *minnan*. Hoc habent ad Arabibus, qui, verbi gratia, pro קפוד *kippod*, Hæbręo dicunt קנאפד *kanpad*. Ita Chaldęi מַנְדַע *manda*, & מַנְדְעָה *mandeá*, loco Hebręi מַדַּע *madda.*

Litera in daghes.

E conuerſo נ & alias conſonantes ſępe cõmu-

tant in daghes forte איכתב *iccateb*, מיפקד *mippakked*, loco מתפקד התכתב *mithpakked*, *hithcatteb*, &c. Hęc enim exempla ſunt ת coniug. hithpael. ליפול *lippol*, pro biblico לנפול *linpol*, Legenti plurima omniũ literarum exempla obuia erunt.

Idiotiſmus. In vocibus ſępe aliquid idiotiſmi ſiue vernaculę cõſuetudinis & phraſis retinent, vt cũ à סנדל *ſandal*, calceo, quendam Rab. Iohanan סַנְדְּלָר *ſandalar*, ſutorem ſeu calcearium, denominant, aſcito רש ad formationem toar ex vſu & ſtylo linguę Germanicę, aut fluuium quendam vocant, סבטיון *ſabbatiõ*, quaſi ſabbaticum, ſubiecta ſyllaba יון *ion*, quæ apud Arabas eſt adiectiuorum terminatio.

Paulò quidem curioſiora ſunt hęc quę de nominibus ſequuntur, non tamen prętermittenda. Nam *Heteroclita maſculina.* & eorum pleráque ſuo calculo digna cẽſuit Elias. Heterocliſis igitur quam vides e ſingul. אב *ab* ad plura. אבות *auoth*, vt à maſculino ſingul. formetur *Elias in rad.* vox pluralis fœminea, apud Rab. non eſt infre- מסר· quens. מוסר *moſer*, מוסרות *moſeroth*, traditores, תינוק תינוקות *tinok tinokoth*, infantes. בכור בכורות *bechor bechoroth*, primogeniti, דיבר דיברות *dibber dibberoth*, verba, הדיוט הדיוטות *hadiot hadiototh*, idiotę, רב רבות *rab rabboth*, doctores, quod tamen non reperitur abſque affixo: abſolute enim dicunt רבנים *Rabbanim*. Et e conuerſo à ſingulari fœmin. plurale maſc. תפילה תפילין *Tephilla*, *Tephillin*, phylacteriæ, תהילה תהילין *tehilla tehillim*, & contracte

תילים *tillim*, pſalmi atque ſimilia.

Quę fœminina ſunt, Rabbini maſculine plerũrunque enunciant & contrà. פג *pag*, groſſus, Rabbinice פגה *paghá*. ſic in plurali אֲבַעְבּוּעוֹת *abanbuhoth*, puſtulę, Exod. 9. Rabbinice אֲבַעְבּוּעִים *abanbuhim*, נשים *naſim*, mulieres, Rab. נשות *naſoth*, ימים *iamim*, *R*ab. ימות *Iamoth*. Heteroclita Fœminina.

Carentibus plurali dant plurale זהב *zahab*, aurũ זהבים *Zehabim*, aurei nummi. Quod crebro faciunt in literis & dictionibus materialiter ſumptis כפין *cappin*, i. geminum Caph. ווים *Vauim*, geminum Vau.

Quędam Talmudica pronunciantur per daghes, cũ alioqui leuia ſint, מַסֶּכֶת *maſſecheth* à סכך *ſachach*, נִימּוּק *nimmuk* à מקק *makak*.

Syntactictum pro abſoluto non rarum מִדַּת *middath*, סִבַּת *ſibbath*, qualia maſculina habentur, vt מזה סיבת *mizzé ſibbath*, ob eam cauſam, in Phyſica Rab. Tybbon. Eiuſdem rationis eſt illud Eſaię צִיצַת נוֹבֵל Flos cadens. Et plural. סהדי שקרי *ſaade ſikre*, teſtes falſitarum, in illo prouerbio quod citat R. Kimhi, חשמונאי *haſmonaé*, Macchabęi, cuius ſingulare his punctis notandum eſt הַשְׁמוֹנָאִי *haſmonai*, vt מִצְרָאִי *mitſrai*, à plur. מִצְרָאֵי *mitſrae*. Hallucinantur enim qui in his & ſimilibus vtroque numero legũt *haſmonaé*, *mitſraé*. Vide Danielem & Ezram optimos Syriacę linguę interpretes. Vti enim Iod ſimplex apud Heb. format patronymica & gentilitia, Regimen. Eſaya 28. Malach. 2.

ſic אי *ai*, diphthongus apud Rabbinos & Chald.

Contrà Abſoluto vtuntur pro Syntactico Quin & abſoluto præfigunt ה haiediá, & genitiuo ſequenti detrahunt contra linguæ proprietatem הבעליחיים *habbaale haiim*, pro בעלי החיים *baale, hahaiim*, animantia, הבעל קרי *habbaal keri*, pro בעל הקרי *baal hakkeri*, ſeminifluus.

Quieſcentibus lamed, ה tertia in vtroque numero ſæpe adeſt אבה *abá*, & plural. אבהות *abahoth*, patres: & interdum aliis ordinibus in compenſationem radicalis quieſcentis, aut etiam deficientis אימה *immá*, plural. אִמָּהוֹת *immahoth*, vel אַמָּהוֹת *ammahoth*, matres. Simile extat in Hebræo אָמָה *ama*, Gen. 31. plural. אֲמָהוֹת *amahoth*, ancillæ: vbi, inquit Rab. Dauid, ה radicale, quod in ſingulari exciderat, apparet. Quibus affine eſt מישתאות *miſtaoth*, conuiuia, pro משתות *miſtoth*.

Syllaba יא in multis paragogica eſt אכסדריא *acſadria*, exedra, quòd & ſuprà annotatum. א ſæpe interponitur per epentheſin, אכסנאין *acſanaim*, pro אכסנין *acſanim*, hoſpites, ξένοι, nam Græcum eſt. Item י, vt דורוניות *doronioth*, pro דורונות *doronoth*, dona, הגמוניות *hagmonioth*, pro הגמונות *hagmonoth*, ἡγεμονίαι. Literæ eheui non immutant ſignificationem, איסכולי *eſcoli*, & איסכולא *eſcola*, ſchola, רומי *Romi*, & רומא *Roma*. Sic in medio דַסְקָס *daſcas*, & דיסקוס *diſcus*, דיתק *diatak*, & דיתיקי διαθήκη, & in Syrico hodie nouum teſtamentum inſcribitur דיתיקא חדתא

per

per א.הדרקין *badrakin*,& הדרוקן *badrokan*,hydrops, דיוט *daiat*,& דיוטא *diuta*, tabulatum:ne ea in lexicis deeſſe putes.

Sub finem Chaldaïcæ grãmaticæ Munſteri quatuor reperi regulas de Rabbinicis quibuſdam vocabulis,tropis, & modis loquendi, quas nõ abs re hîc adiiciendas ante putaui, quàm alias à nobis multa lectione obſeruatas ſubiiciam.

Notandum primò, inquit, Rabbinos quaſdam habere voces in vſu, quas neque in bibliis neque in codicibus Chald. vnquam inuenias: Huiuſmodi ſunt עכשיו *acſau*, modo, שום *shum*, aliquis.

Secundò, vtuntur aliquibus frequentiſſime, quæ in bibliis ſunt rariſsimè, quales קְצָת *ketſath*, quidã & quædam, כְּבַר *kebar*, iam, צְרִיךְ *tſarich*, neceſſe eſt.

Tertiò, deriuant crebrò ab Hebraïcis verbis varia nomina, quibus in artibus & commentariis opus habẽt, vt à פָּרַשׁ *paras*, ſeparatus eſt, הֶפְרֵשׁ *hephres*, differentia, ab הָגָה meditatus eſt, הִגָּיוֹן *higgaion*, logica, à נשא *naſá*, ſuſtinuit, נושא *noſe*, ſubiectum, ſuſtentans ſcilicet accidentia, à רָאָה *raá*, vidit, רְאָיָה *raaiá*, apodixis.

Quartò, dictionibus quibuſdam Chaldaïcis ſæpe quidem vtuntur, ſed non tam iuxta Chaldaïcam, quàm Hebraïcam grammaticen, vt ſunt iſtæ & plurimæ aliæ סְבָרָה & סְבָרָא *ſebara*, opinio, זוגות *Zogoth*, & זוּגִין *Zoghin*, paria, אֶפְשָׁר *ephſar*, poſſi-

bile, שְׁבִינָא *ſechina*, & שְׁבִינְתָּא *ſechinta*, diuinitas, ממונא *mammona*, & מָמוֹן *mãmon* diuitiæ. Hæc ille, quibus quæ ſequuntur adiungimus.

Quintò, quia ſuis Chaldaïca immiſcent, immò & tota Maſora Chaldaïcis cõſtat, & Targhumim paſſim per illorum ſcripta ſparguntur, deguſtanda eſt Grammatica Chaldaïca ſiue Syriaca, & comparanda cum Hebræa. Munſteri confuſior eſt. Caninij & Merceri poſterior methodica quidem, ſed magis ad Danielis ſex capita, & Ezræ quatuor analogiã pertinent, quàm Targhumim & vulgatorum Rabbinorum, præſertim Cabbalicorum Hieroſolymitanè benè & Syriacè loquẽtiũ. Itaque Tabulæ Merceri priores ad id commodiores ſunt. Conferet etiam Ambroſius Theſeus in ſua introductione in linguam Chald. Syriacã, Armenicam & decem alias, Poſtellus in Alphabeto 12. linguarum.

Præter dictionarium Hebræum & Chaldæum opus eſt Rabbinico, vt Mũſteri, &c.

Sextò, quia lingua Rabbinica, Hebræâ, & Chaldęâ multò copioſior eſt, præter radices Kimhi, Santis, Reuchlini, aut ſimilium, & Methurgheman Eliæ, ſimiliúmve, qui ſolas voces Chaldaïcas perſecuti ſunt, neceſſarium eſt lexicon Santis, vel Munſteri, cui dedêre nomẽ עָרוּך. Prouectioribus etiam magno vſui fuerit Baal haruc & Tisbi Elianus. Illi enim voces Talmudicas & recentiorum præterea Hebræorum diligenter exponunt.

Septimò, non ita illis fidendum lexicis, quin plu-

rima tuæ induſtriæ & iudicio relicta eſſe memineris. Itaque quia Rabbini verbalia noua, vt antea annotatum eſt, ſubinde fingunt, ſatis tibi fuerit, ſi illa tibi radices & eorum varios ſignificatus, ex quibus rem elicias, explicent.

Octauò, vocabula ſunt infinita, quæ inter hunc illum Rabbinum legendum occurrunt, in cæteris non item, quòd barbara ſint, & ex linguis cuique vernaculis ſumpta. Tu in huiuſmodi vide quid ex tua lingua ſit, quídve ſenſus poſtulet. Nam eorum catalogum nectere immenſi & præterea barbari eſſet laboris.

Nonò, nomina propria infinita ſunt, quę ex omni antiquitate & gentium omnium hiſtoriis repetuntur, ea lexicis includi nequeunt. Tu ſi quod nomen occurrit, cuius ſignificatum non inuenias in lexicis, vide num ſit nomen vrbis, regionis, loci, populi, viri, fœminæ, Idoli, fluuij, montis, pro ſcripti ratione Quæ fuerint Hebræa, liber Santis Pagnini, ſub finem inſtitutionum Hebraicarum ſuppeditabit.

Decimò, literæ ſono affines ſæpe confunduntur, cùm intereà lexica non niſi in vno alphabeti ordine vocabula ſic diſtincta interpretentur. טופס *tophas*, exēplar literarū, atqui quod in nullo reperitur lexico, Kimhi in rad. פתשון ſcribit טופש, *tophash*, ſic כפל *caphal*, & קפל *kaphal*, טפיטא *tephita*, & טפיתא *tephita*, ne propterea manca ea exiſtimes. Sępe etiā,

ſed id librariorum vitio confundunt literas pictura cognatas אררירל *adrical*, כוב *cob* , & כוכ *coc*: ſicque ple:aque citat Elias in Meturgheman. Da igitur operam, vt in omnem formam tuum dictionarium verſes, ſi res poſtulat.

Vndecimò, nominibus Dei ſuperſtitioſè vtuntur: cùm enim nomen tetragramaton ſcribere non audeant, illud aut circunſcribunt nominibus aliis à ſe inuentis השם *haſſem*, הגבורה *baghebura*, המקום *hammakom* & ſimilibus ipſius conditiones enunciantibus, aut alienis ſignant literis יהור, deſumpto ר ex nomine Adonaï: ſic אלרים & אלקים pro אלהים *Elohim*.

אותיות ר עקיבה *othioth R. Akiba*, literæ R. Akiba.
תשבי *Tisbi*, lexicon Rabbinicum Eliæ.
ספר הבחור *ſepher habbahur*, liber Electi Eliæ (de re Grammatica.)
ספר המספר *ſepher hammiſpar*, Arithmetica.
מכתם לדויד *mictam le dauid.*
לשון לימודים *leſon limmudim*, q. lingua doctorum.
שערי תשובה *Saaré teſubá*, R. Iona de pœnitentia.
פרי היגון *Peri haijagon*, fructus laboris.
סדר עולם *ſeder olam*, Chronicon, q. ordo ſæculi.
הליכות עולם *halicoth olam*, q. Itinera ſæculi.

אגרת בעלי חיים *Igghereth baalé haiim*. Epiſtola animantiū.

משלי שועלים *mislé ſualim*, parabolæ vulpium.

משל הקדמוני *meshal, hakkadmoni*, prouerbia antiquorum.

שער השמים *ſáar haſſamaim*, q. porta cælorum.

בן מלך והנזיר *ben melech vehannazir*, Filius regis & Nazareus.

תולעת יעקב *tolahath Iaacob*, q. Vermis Iacob.

שערי הגמול *ſaaré hagghemul*, portæ retributionis.

מסעות ר בנימין *maſſahoth R. Beniamin*, Itinerarium R. Beniamin.

מסכת פורים *maſſecheth purim*, tractatus de feſto Phurim.

עבודת הלוי *abodath halleui*, de miniſterio Leuitarum.

אגרת הרמבם *Igghereth harambam*. Epiſtola R. Moſe ben Maiemon de Aſtrologia.

יחוס הצדיקים *Iihus hatſadikim*, Stemma iuſtorum.

מעין גנים *manjam gannim*, fons hortorum.

כבוד אלהים *kebod elohim*, q. Gloria Dei.

בן סירא *ben-Sira*, Sententiæ Ben-Siræ.

רשי על ארבע ועשרים R. Selomo Iarhij in 24. lib. Biblicos.

רשע על תילים R. Selomo Ataiá in Pſalmos.

מימוני *maiemoni*, Epitome Talmud è R. MoſéMaiemonei, ſiue F. Maiemon.

סדר תפילות *ſeder tephilloth*, Ordo precum. Genus Breuiarij.

מחזור *mahzor*, Genus Breuiarij.

מלאכת הגיון *melecheth iggaion*, ars logica è R. Simeon.

חכמת הכוכבים *hocmath hakkocabim*, Aſtronomia.

תבנית השמים *tabnith haſſamaim*, Sphera è R. Abraham bé-haiá.

מלאכת המספר *melecheth hammiſpar*, Arithmetica, è R. Elia Orientali.

רוח החן *ruah hahen*, Phyſica, R. Ioſeph Tibbon.

קבונקי *cabuenaki*, q. Modius puræ farinæ, R. quidam in Prouerbia.

כלבו *colbo*, liber explicans omnes ritus Eccleſiaſticos Iudæorum.

Deficeret tempus & charta enumerandis variis libris Eliæ, R. Iehuda Ben bilham R. Ioſeph kimhi, filiorum eius, R. Moſé & R. Dauid, R. Saadiæ, R. Abraham ben pariſol, R. Moſé Gerundenſis & aliorum. His interim vtere, & Vale.

LIBELLVS DE METRIS HEbraicis è Grammatica R. Dauidis Iehaiæ, cuius inſcriptio, לבורים, G. Genebrardo Profeſſore Regio interprete.

De definitione carminis, CAP. I.

HVIVSCE artis periti definierũt ᵃcarmen orationem illuſtrem partibus inuicem connexam, quæ auctoris ſententiam declarat verbis breuibus, ſuauibus & libratis. Alij eſſe dixerunt verba copulata, quorum coniunctio proportionẽ, elegantiam, ᵛinſtitutum & pondus complectitur. ᵃ *Canticum* שיר

ᵛ *Conſilium dicentis.*

Harum duarum definitionum propoſitum idem eſt, & explicatio talis. In doctrina poetica non ſatis eſt vti lingua grammatica, vt fit in reliquis ſermonibus qui mentem dicentis explicant, ſed præterea locutio eſſe debet elegans, dulcis & compendioſa: nec id tantum, verumetiam librari quodam pondere. Nempe debemus appẽdere vniuerſas eius ᵇ vocales, tam perfectas quàm imperfectas, atque in ᶦ vno poematis verſu totidem ponere quot in altero, & præterea dare operam, vt vocales æquales ſint in prima verſus dimidiati parte, iis quæ in altera ſuccedunt, quemadmodum poſtea intelliges. denique elaborandum in eo eſt, vt ᵛ motio vltima cuiuſlibet verſus conſtet literis ſimiliter deſinentibus, quod apud eos appellatur rhythmus, & elementa huiuſmodi literæ rhythmicæ. Exempli cauſa, ſi poſueris in fine 1. verſus גרון, *garon*, guttur, alterum claudes voce ארון, *aron*, arca, tertium dictione חרון, *haron*, ira, vel ſimili, quouſque cunctos poematis verſus ſyllaba רון, *ron*, terminaueris. Habes harum definitionum expoſitionem, iam intelligens è priore lib. de Demonſtratione, cu-

ᵇ *Motiones.*

ᶦ *Vna domo.*

ᵛ *Sillaba.*

iuſnam generis ſint definitiones hæ, & an definitiones appellari debeant.

De nominibus in quibus conſentiũt qui de hac arte ſcripſere. Cap. II.

PORRO nomina de quibus conſenſere auctores artis huius ſunt hæc, Motio, Iatheg, Delcth, Sogher, Baith ſeu Verſus, Paſuc, Carmen. Carmen ſimplex, mixtum, nexum, rhythmicum, inciſum, tolerabile, aptum, illuſtre: de quibus omnibus ordine & loco dicam.

Iam noſti motionem apud ſcriptores linguæ huius appellari omnem literam quæ notata fuerit vno ſeptem Regum, quorum nomenclaturas & rationem intelligis.

Iathed autem dicitur quodlibet ſcheua mobile, vbi præterea aliqua motionum accedit, qualis eſt dictio שְׁמוֹר shemor. illam enim & ſimilem vocant Iathed q. clauum mephoricè. Quod ſi tertia motio ſeu ſyllaba, vt in גְּבָרִים gheuarim, adfuerit, dices eſſe cõpoſitam è Iathed & motione. Nec refert ſíntne literæ Iathed binę, an ternę, vel quaternæ, modò non adiiciatur punctũ ad ſcheua, & motionem quæ ſubſequitur. Quo fit vt dictio בְּדָ ſiue לְדָ, quæ duabus: בְּכֹל quæ tribus: & שְׁמוֹר, quæ quatuor literis conſtat, apud eos eiuſdem ſint ponderis. Pręterea perſpectum habes literá, cum ancillatur vocabulis inchoatis ab vna ex literis בומף loco ſcheuæ quo notari proprie debuit, affici ſurec. Itaque tum huius ſurec iudicium idem omnino erit atque ſcheuæ, adeo vt qualibet motione comite vocetur ſimiliter Iathed. Nam apud eos paria ſunt hæc duo וְרַבִּי & וּפְרוֹ. Caue autem ne fallaris in ſurec literæ ו ſubeunte vicẽ pũcti hiric, vt eſt ſurec in nomine וַיִּרְאוּבֵן. Illud enim nõ ſufficitur in locũ ſcheuæ, vt per te intelligis, nec abſque errore ex illo cõficere potes Iathed. Præterea vt iá tenes, gutturales literæ quæ ſignantur ſcheua & pathah, aut hateph ſegol, vel hateph cames, cum notari ſcheua ſimplici eas, niſi gutturales eſſent, oporteret, conſtituunt ob eandẽ cauſam Iathed ex illo ſcheua compoſito, ob quã è ſimplici facerent. Itaque non minus motiones vocũ אֱמֶת *veritas,*

Paulo aliter in venetiano.

אֲנִי *ego*, חֳלִי *infirmitas*, appellãtur Iathed, quàm ſuperiorum. Similiter apud eos perinde dictiones אֱמוּנִים *veritates*, עֲבָדִים *ſerui*, אֲמָרִים *dicta*, habentur cõpoſitæ è Iathed & motione, atque ſupra גְּבָרִים *viri*.

Deleth vero appellatur prima pars verſus rhythmici, qui diuiſus dimidiatúſque eſt. Sogher, altera eſt pars. Hæc autem duo ſimul, nempe Deleth prior & Sogher coniuncta, appellantur Baith ſiue verſus. Exemplum eſto id quod cecinit poeta Hai beatæ memoriæ.

שְׁמַע קוֹלִי אֲשֶׁר יִשְׁמַע בְּקוֹלוֹת.
וְהָאֵל הַ־מְקַבֵּל הַתְּפִלּוֹת:

Audi vocem meam, qui audis voces,
Et Deus qui recipis preces.

Hîc enim prior pars lineæ, vocatur Deleth, poſterior vero, Sogher. totum autem ſimul, hoc eſt, integrum diſtichõ ſeu linea dicitur Baïth. At vocãt paſuc carmen in quo ſunt Battim pauciores decem q. Epigramma vbi enim ſunt decem numero aut etiam plures, habetur Sira & Carmen.

Carmen ſimplex, id appellatur in quo nullum eſt ſcheua mobile, cunctis dictionibus eius motionũ aliqua conſtantibus, vt illud quod condidit R. Salomon filius Gebirôlis.

בִּתְפִלָּתִי יִסְכּוֹן גֶּבֶר.
כִּי בָהּ יִלְמַד יוֹשֶׁר וָכוֹ:

In oratione mea proficiet homo. In ea enim diſcet rectitudinem & innocentiam.

Certè vides nullum eſſe ſcheua mobile in aliqua harum vocum.

Carmen mixtum illud eſt, quod partim Iethedoth & quaſi iambis, partim motionibus & tanquã ſpondeis conſtat, vt in maxima carminum parte euenit. Exẽplum paulo ante attulimus è poeta Hai, hoc exordio שְׁמַע קוֹלִי *Audi vocem meam*. In eo enim cernuntur & Iathed, & motiones. Cæterum poſtea intelliges de quonã ſit carminum genere. nam illorum multiplices ſunt formæ.

Carmen nexum, in quo non alibi reperitur litera rhyth-

mica quam in finibus ſingularũ Batthim ſiue verſuum, vt fere fit. Rhymicum autem, in quo litera rhythmica etiam in finibus ſingulorum membrorum verſus dimidiati ponitur, quale canitur à R. Abrah. Abben Ezra, in li. יסוד מורא.

אֶחָד בְּלִי רֵאשִׁית. הַכֹּל מְלֵא הוֹדוֹ:
אֵי הוּא מְהֻלָּל עַל־פִּי אִישׁ לְהַגִּידוֹ:

Vnus abſque principio, cuius gloria vniuerſitas plena eſt, is certe celebratur ore cuiuſque ad indicandum eum.

& ita in ſingulis battim atque verſibus.

Hæc non ſunt verba auctoris. (Præterea carmen rhythmicum dicitur illud in quo ineſt rhythmus peculiaris in fine Deleth, & rhythmus alius in Sogher, quale eſt carmen 13. in capitibus poeticis Eliæ.)

Carmẽ inciſum, vocatur id in cuius Battim aut verſibus inciſa multa ſunt, & in fine cuiuſlibet inciſi litera rhythmica, cuiuſmodi confecit filius Gebirolis.

שְׁמוֹר לִבִּי מַעֲנֶה · הֱיֵה בְמְאֹד יַעֲנֶה·
יְרָא חָאֵל וּמְנֶה · דְּבָרָיו הַיְשָׁרִים:

Serua o cor meum reſponſum, eſto vehementer afflictum.
Metue Deum, & numera res eius æquas.

o verbum Dei. ** narra.* *Gall. Compte.*

Eſt autem animaduertẽdum literam rhythmicam, modo vnam eſſe, modo duas, modo tres. Verbi cauſa dici poterit in fine primi rhythmi בָּדָר *ſolitarius*, in alterius נֶחְמָד *deſiderabilis eſt*, tertij אָבַד *periit*, quarti גִּלְעָד *Galaad*. In quibus omnibus litera ד rhythmum efficiat. Tale autem carmen à poetis appellatur Tolerabile, nempe quia inter reliquas carminum ſpecies ferri poteſt, etiã ſi non vſque adeo ſit elegãs. *Tolerabile.* Quod ſi duæ literæ ſimiles & mobiles rhythmũ claudant, tunc exiſtit carmen Aptum nomine. *Aptum.* Perpetuo enim in canticis auditui cõuenientibus exiſtere debent literæ duæ ſimiles ad cuiuſque rhythmi finẽ: vt quãdo quis dicit in primo rhythmo יִשְׁמוֹר *cuſtodiet*, in altero לֵאמוֹר *dicendo*, in tertio לִגְמוֹר *ad complendum*. In quorũ omnium finibus literæ mobiles ſunt ם & ר. Cum autem tres conſonantes planè ſimiles finẽ alicuius rhyhmi terminant, tum efficitur carmen cui Illuſtris nomẽ eſt, vt ſi ſit in fine vnius דְּבָרִים *verba*, in alterius גְּבָרִים *viri*, tertij vero קְבָרִים *ſepulchra*. Huiuſmodi autẽ raro vſuuenit, & nõ niſi in paucis

Battim

Battim ſiue verſibus. Contra quod Aptum nuncupatur, frequẽs eſt admodum. Nam Tolerabile non fertur à præſtantibus poetis.

Inſuper obſeruandum eſt quaſdam eſſe literas pronunciatione finitimas, & vulgum, qui earum prolationem non diſtinguit, exiſtimare ſe ex illis carmen rhythmicum efficere poſſe. Atqui hic error eſt maximus apud artis huius peritos. Nõ enim apud eos toleratur qui in rhythmo vno ponit סֻכָּה *tabernaculum* per כ, & in altero צוּקָה *anguſtia* per ק: nec qui in primo מַצָּה *azymum*, per צ altero verò מַסָּה *tentatio*, per ס fertur tamen in eis qui exercitatiſſimi ſunt in proferendo, punctorũ vocalium, inter quæ magna eſt pronũciationis affinitas, vt ſunt holem & ſurec, permutatio, adeo, vt liceat ſcribere in vno rhythmo חָרוּת *exaratum*, per ſurec: deinde in altero, תִּכְרוֹת *excindes*, cum holem. Nobis vero qui verſati non ſumus in exacta harũ motionum pronunciatione, immo verò apud quos earum ſonus eſt maxime diſcrepans, non licet ita agere. Sed quoniam iam tenes omnium attributorum de quibus conſentiunt auctores artis huius rationem, tranſeamus ad carminum ſpecies.

De generibus Carminum. Cap. 3.

GENERA de quibus inter ſe cõueniunt ſcriptores artis poeticæ, quibúſque canunt, ſunt plurima. Primum eorum eſt Simplex: cuius nominis cauſa eſt, quòd careat ſcheua mobili. quale emodulatus eſt inſignis ille R. Dauid Abben Iehaiæ in librum, cui titulus מוֹרֶה Doctor.

אַשְׁרֵי אָדָם שׁוֹמֵעַ לִי
לִשְׁקוֹד עַל דַּלְתוֹתַי יוֹם יוֹם:

O felicem hominem qui audit me, & inuigilat ad fores meas quotidie.

Similiter R. Moſes Ben Maimonis in librum quem, appellauit Doctorem perplexorum.

רַעְיִי הוֹלֵךְ לְנְחוֹת דֶּרֶךְ
יוֹשֶׁר לְסְלוֹל אֶת מְסִלּוֹלָה׃

Notitia mea contendit adducere ad viam Rectitudinis, ad ſternendum pauimentum.

Alterum componitur minima compoſitione, nempe è iathed & quatuor motionibus. quo in genere cecinit R. Abraham Abben Ezra.

נְדוֹד הֵסִיר אוֹנִי וְהִבְהִיל רַעְיוֹנִי
וְשָׁת פִּי וּלְשׁוֹנִי אֲסוּרִים בְּזִיקִים׃

Fuga abſtulit robur meum,& turbauit cogitationem meam
Poſuitque os meum & linguam catenis vincta.

Ex eodem genere illud eſt,quod ſupra è R. Selomone filio Gebirolis produximus.

שְׁמוֹר לִבִּי מַעֲנֶה

Cuſtodi cor meum,reſponſum.

Tertium conſtat iathed & quatuor motionibus, iathed &duplici motione. Hoc metro editus eſt liber שקל הקדש Siclus ſanctitatis.

בְּשֵׁם אֵל חַי הֶגְיוֹן לְשׁוֹנֵנוּ
בְּעוֹד רוּחַ חַיִּים בְּאַפֵּנוּ׃

Nomine Dei viui loquela linguæ noſtræ,
Dum adhuc eſt ſpiritus vitæ in naribus noſtris.

Simile condidit R. Abraham Abben Ezra.

ברום גַּלְגַּל יָסוֹב עֲלֵי מַעְגָּל
שִׁמְךָ יִגָּל אָיוֹם וְגַם נִדְגָּל׃

In eleuatione ſphæræ (quæ) vertitur in orbem.
Nomen tuum innoteſcit timendum atque inſigne.

Quartum conficitur ex iathed, & duabus motionibus, ex iathed & duabus motionibus, è iathed & motione. Qua forma R. Abraham Bedráſis in ſuo Limmudim.

לְךָ אֵלִי בְּגַלְגַּלַּי זְבוּלִי
גְּדֻלָּה לֹא אֲגַדֶּלְךָ בְּדִגְלִי׃

Tua eſt ô domine in ſphæris domicilij
Magnitudo,non extollam te in vexillo meo.

E qua ſpecie ſimiliter eſt precatio hæc, שְׁמַע קוֹלִי, *Audi vocem meam*. Item, אַל תְּדִינֵנִי כְּמַעֲלִי, *Ne iudices me ſecundum*

prauaricationem meam. Et, יְיָ נֶגְדְּךָ כָל־תַּאֲוָתִי *Domine corã te omne deſiderium meum.*

Quintum conſtat iathed & duabus motionibus, iathed & duabus motionibus. Quo modo deprecationem vnam R.Selomon ben Gebirolis conſcripſit hoc exordio.

תְּבוֹרַךְ יָהּ אֲדוֹן עוֹלָם ·
בְּפִי כל הַיְצוּר כֻּלָּם:

Benedictus ſis ô Deus mundi dominator
Ore vniuerſæ orbis creaturæ.

De qua ſpecie eſt

לְךָ אֵלִי תְּשׁוּקָתִי

Ad te Deus mi appetitio mea

Item deprecatio, אֲדוֹן עוֹלָם אֲשֶׁר מָלַךְ *Dominus mundi qui regnat.* & alia.

Sextum, è iathed, & motione, iathed, & duabus motionibus, iathed & motione, iathed & duabus motionibus, vt illud quod decantauit R. Abrahamus Abben Ezræ fælicis recordationis.

בְּשֵׁם אֵל אֲשֶׁר יָצַר וְהָעוֹן בְּאִמְרוֹתָיו·
וְעָרַךְ וְיָצַר כֹּל וְכִלָּה פְעוּלוֹתָיו:

In nomine Dei qui formauit, & in cuius verbis potencia ineſt,
Ordinauit & formauit cuncta atque abſoluit opera ſua.

Hac dimẽſione R.Salomon filius Gebirolis compoſuit precem in hæc verba.

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אַתָּה · וְאִם לֹא רְאִיתִיךָ·
וְאוּלָם בְּרוֹב טוּבְךָ בְּכֹל עֵת חֲסִיתִיךָ:

Vere Deus veritatis tu (es) & ſi non viderim te.
At certe multitudine bonitatis tuæ omni tempore in te ſperaui.

Septimum, è iathed & motione, iathed & motione, & ita ad finem vſque, vt quod meditatus eſt filius Gebirolis, cum dixit,

שְׁבָחָה בְּחִכִּי וְשִׁירָה בְּעֶרְכִּי·
אֲתַנֶּה לְמַלְכִּי · בְּפַחַד וְאֵימָה:

Laudem palato meo & carmen pro moduſo meo
Recitabo regi meo in timore & tremore.

Quo metro eſt illud,

אֲשַׁחֵר עֲדָתִי · וְלִמְאֹד עֲנִיָּה·
וְאֶפְקוֹד נְוָתִי · וְרַבָּה שְׁאִיָּה:

Quæram congregationem meam,& admodum afflictio.
Viſitabo manſionem meam,& multa deſolatio.

Octauum,è motione & iathed,duabus motionibus, & iathed atque motione,ídque iuxta normam quam ſequutus eſt R.Salomon filius Gebirolis, cum deploraret mortem magiſtri noſtri Hai celebris viri, cuius benedicta recordatio.

נִגְדְּעָה קֶרֶן עֲדִינָתִי·
הִיא גְּבֶרֶת כֹּל מְדִינָה:

Exciſum eſt cornu deliciarum
Ipſum princeps vniuerſæ prouinciæ.

Cuiuſmodi etiam fudit R. Abraham ben Ezræ, hoc principio.

כֹּל אֲשֶׁר מַעֲשָׂיו עֲצוּמִים

Cuncti,quorum opera valida,&c.

Nonum è duabus motionibus,iathed,duabus motionibus, duabus rurſum motionibus & iathed, atque duabus motionibus. Tale cõdidit ſapiẽs ille R.Iehuda Ben Iehaie.

אֶל אֵל אֲשֶׁר בָּרָא כֹּל יֵשׁ אֲשֶׁר נִבְרָא·
קַדְמוֹן בְּלִי חֶבְרָא אֵלָיו תְּשׁוּבָתִי:

Reſponſio. Ad Deum qui procreauit omnem rem quæ condita eſt.
Antiquum abſque ſocietate, ad eum conuerſio mea.

Hoc modo cecinit R.Salomon שַׁחַר אֲבַקֶּשְׁךָ
Diluculo quæram te,& alia pleraque.

Decimum è gemina motione,iathed atque duabus motionibus, Rurſum è duabus motionibus,iathed & motione ſiue ſyllaba,ac eſt ad dimenſionem carminis,quod nominant Pizmon.

אֲמָיִם לְבָרֵךְ שֵׁם נוֹרָא וְעִילוּם·
עַמִּי בְּשִׁיר קוּמוּ וּלְכוּ לְשָׁלוֹם:

Ad benedicendum quidem nomen timendum & excelſum,
Popule mi cantico ſurge & perge in pace.

Quo ex genere eſt illud R. Abrahã Abben Ezra in oda,

כִּי אֶשְׁמְרָה שַׁבָּת אֵל יִשְׁמְרֵנִי·

Quia ſeruabo ſabbathum, Deus ſeruabit me.

Vndecimum, è duabus motionibus, iathed, & duabus motionibus, iathed & triplici motione, cuiuſmodi habuit doctor R. Ioſephus ben Iehaiæ deflens mortem cuiuſdam * R. Salomonis. *Is eſt quem vocant Harisba.*

קָרְחָא לְהַרְחִיב כַּנְּשָׁרִים שָׁרִים·
חוּשׁוּ וְתַחַת שִׁיר אֲמָרִים מָרִים·

Decaluare late ſicut aquila, cantores.
Properate, & pro cantico verba amara.

Deinceps in reliquis domibus inducit iathed in partem metri priorẽ. Poſteriorem autem, quam Sogher diximus nominari, relinquit in prima inſtitutione.

וּמְנַגְּנִים תַּנִּים מְקוֹם כִּנִּים תְּנוּ·
יַעֲנָה תְּסוֹבֵב כַּיְּעָרִים עָרִים׃

Et canentes dracones loco pſalmodiæ date.
Struthio circumeat vt ſyluas, vrbes.

Duodecimum, ex duabus motionibus, iathed, motione iathed & motione: vt illud, quod fecit R. Salomon ben Gebirolis cum exiret ex vrbe Sarcaſta, hiſce verbis.

יִחַר בְּקָרְאִי גְּרוֹנִי דָּבַק לְחִכִּי לְשׁוֹנִי׃

Exuſtum eſt cum clamarem ego, guttur meum: hæſit palato meo lingua mea.

Decimumtertium conſtat duabus motionibus, iathed, duabus motionibus iathed, & duabus motionibus, vt cum in vno ex canticis ſuis decãtat R. Salomon ben Gebirolis.

נֶפֶשׁ אֲשֶׁר עָלוּ שְׁאוֹנֶיהָ·
אָנָה תְּשַׁלַּח רַעֲיוֹנֶיהָ׃

Anima cuius aſcenderunt perturbationes
Quo mittet cogitationes ſuas.

Decimumquartum conficitur ex gemina motione, & iathed, gemina motione, & iathed. ſic R. Salomon ben Gebirolis in quodam cantico.

מַה־לָּךְ יְחִידָה תֵּשְׁבִי׃
רוֹמַם כְּמֶלֶךְ בַּשְּׁבִי׃

Quid tibi ſola ſedes?
Silens vt rex in captiuitate.

Decimumquintum, è gemina motione iathed, & quatuor motionibus. Huiuſmodi conſcripſit R. Abraham Aben Ezræ piæ memoriæ in diem feſtum Phurim.

קוּמָה אֱלֹהִים עֶזְרָתָה·
לִי וַעֲנֵה בְּצָרָתָה׃

Exurge Deus in auxilium
Mihi,& reſponde in afflictione.

Decimumſextum, è duabus motionibus, iathed, motione & iathed, niſi quod in fine rhythmi ſubſtituũt in locum iathed poſterioris motionem. Tale decantauit R. Iehuda leuita, cum ingrederetur Ieroſolymam hac oratione.

צִיּוֹן הֲלֹא תִשְׁאֲלִי לִשְׁלוֹם אֲסִירַיִךְ
דּוֹרְשֵׁי שְׁלוֹמֵךְ וְהֵם יֶתֶר עֲדָרָיִךְ׃

O Sion, nonne poſces pacem vinctorum tuorum,
Qui quærunt pacem tuam,& ſunt gregum tuorum reliquiæ?

hac eadem dimenſione legitur.

גֶּבֶר אֲשֶׁר דָּת וְחוֹק חָרוּת עֲלֵי לִבּוֹ·
יִשְׂמַח וְיָשִׂישׂ כְּגִבּוֹר עֵת שְׁלוֹף חַרְבּוֹ׃

Vir in cuius corde lex & ſtatutum inſcriptum eſt
Gaudebit & lætabitur tanquam heros tempore quo ſtringit gladium.

Decimumſeptimum, ex gemina motione, iathed, duplici motione, iathed & tribus motionibus. Hac menſura R. Moſes ben Maimonis carmen in diem Expiationũ edidit.

עֵת שַׁעֲרֵי רָצוֹן לְהִפָּתֵחַ·
יוֹם בּוֹ אֱחִי כַפַּי לְאֵל שׁוֹטֵחַ׃

Tempore quo portæ acceptabiles aperiuntur,
Eo ipſo die ero palmas meas ad Deum tendens.

Decimum octauum eſt omnium maxime rude, conſtátque motione & iathed, motione & iathed, donec abſolutum fuerit. Tale modulatus eſt R. Salomon ben Gebirolis.

אֶדְרְשָׁה חַסְדְּךָ כִּי אֲנִי עַבְדְּךָ׃
אֶעֱרוֹךְ נֶגְדְּךָ מַהֲלָל נֶחְמָד׃

Inquiram miſerationem tuam: ſum enim ſeruus tuus.
Inſtruam coram te præconium optatum.

Pauci autem ſunt qui hanc ſequantur ſpeciem ob duritiam. Cæterum non eſt quod te lateat, hanc partitionem in ſpecies carminis, non illam eſſe quam proprie fecerunt, periti poeticæ. hi enim carmen diuiſerunt in genera, deinde ſub quoque genere ſpecies aliquot repoſuerunt: verum hanc quam attuli, diuiſionem longe faciliorem arbitratus ſum. Hic igitur abſolutum ſit quod vidi ſufficere ad compendij inſtitutum. Laus Deo ſuſtollendo.

ANNOTATIONES IN SVPERIOREM librum de Metris Hebraicis.

LIBRATIS.) Heb. שקולות ponderatis, hoc eſt, verbis quorum quantitas appenditur, an in his ſyllabæ conſtent vna decem motionum, quæ omnes productam faciunt dimēſionem: an ſcheua ſimplici, aut compoſito, quæ correptam. Item numeratis. Numerantur enim verba, & eorum ſyllabæ, vt conſequentibus proportione & numero antecedentes verſus reſpondeant. Ita enim debet intelligi, quod mox in ſecunda definitione de proportione dicit. Hinc perſpici poteſt Hebræos poetas, partim imitari Græcos & Latinos, partim Gallos & vulgarium gentium verſifices. ab his enim mutuantur ſyllabarum enumerationem, & præterea rhythmum ſeu ὁμοιόπτωσιν: ab illis quantitatis productionem & breuitatem. Nam hęc omnia Hebraico, vt nunc habet, carmini accidũt. Olim enim alia ratio erat, quam ſecuti ſunt Moſes, Dauid rex, Salomon & Prophetarum plurimi, à qua non dubito, quin ad Græcos & Latinos poetica maximè lyrica permanarit. Quod & annotant Ioſephus, Philo, Euſebius de Præparatione Euangelica, & Hieronymus compluribus locis. Horum autem metricam dimenſionem intercidiſſe arbitror ob crebros miſeræ gētis Iudaicæ motus & exilia: quæ quantum bonis artibus officiant, nimis notũ eſt. Pag. 149.

TAM PERFECTAS.) Voces perfectas hic appellari puto, quinque motiones longas, & quinque breues, quòd plenam & abſolutam vocem efficiant: imperfectas verò, ſcheua & tria hatephim, quod parum ſoni auribus exhibeant & vocem vix ſemiplenam ad auditum perferant. Hinc à nonnullis ſemipuncta, ab aliis puncta breuiſſima ſeu rapta vocari ſolent. deinde ea ſunt imperfectione vt quantumuis mobilia per Grammaticorum regulas, carminis cauſa apud Poetas ſæpe muteſcant. Ibid.

Pag.149. RHYTHMVS.) Heb. חרוז vel חרוזה, generaliter ſignificat orationem quæ ſimiliter deſinit, ſiue conſtet dimenſione poetica, ſiue proſa, vt fit in ὁμοιοπτώτοις rhetorum, túmque abſolute ita appellatur. Nam cum adeſt certa pedum menſura, dicitur cum adiectione, חרוז השיר, Quod autem proſa oratione ita ſæpe vtantur, perſpici poteſt ex Rabbinorum præfationibus multis, vt ſecũda Eliæ in ſuum Tisbi. Quales ſunt plerique libri noſtrorũ, vt Auguſtini, Gregorij, Bernardi. Cum autem conſtat duntaxat rhytmo ſeu conſonantia (ſic enim vertitur ῥυθμὸς) appellatur הלצה proſa. Vide Eliam libro memotato.

Ead.pag LIBRO de Demonſtratione.) Hic exiſtimo citari primum librum Ariſtotelis de Demonſtratione, ex quo intelligitur definitiones antegreſſas minime exactas eſſe, & habendas potius deſcriptionum nomine. Conſtant enim genere & partim communium, partim propriarum affectionum frequentia, non autem genere & differentiis, quales nec exactæ ſunt, nec demõſtrationis principia ſiue media. Quia autẽ non niſi obiter hoc attingit libro illo priori Ariſtot. poſteriore autẽ ex profeſſo, fortaſſe ad aliũ philoſophum (qui multi ſunt lingua Hebraica) reſpexit noſter Rabbinus. Nec vero mireris citari Ariſtotelem ab Hebræis, cum præſertim illi, vt ſtudioſiſſimi ſunt cuiuſcunque partis philoſophiæ, ita & in ſuam linguam præcipuos philoſophos, vt hunc, vt Platonem, vt Ptolomæum, vt Galenum conuerterunt. Et certe in bibliotheca Regia extant prædicti philoſophi Methaphyſica, & Sphæra Ioannis Sacroboſcij Hebraicè.

CAP. II.

150. SEPTEM regum.) Veteres & primi punctorum inuentores motiones tãtum ſeptem poſuerunt, nomine camets cõplexi etiam camets hatuph: nomine Hiric, vtrunque hiric: nomine Surec, Kibbuts. Eas vocarunt reges cõparatione ſcheuæ, qui miniſter regum ſeruúſque eſt. vide Eliam Cãtico ſexto, & R. Iſaacum in xviij. cap. Geneſeos.

Ibid. METAPHORICE) vt enim clauus vna parte tenuior, altera amplior eſt: ita & pes quem appellãt Iathed & quaſi iambum Græcorum prima ſyllaba breuis eſt, altera longus atque amplioris pronunciationis.

151. DELETH) hoc aliquo pacto intelligi poteſt ex dimetris Comicorum & Tragicorum noſtrorum, apud quos carmẽ dimetrum eſt illud quod conſtat duobus metris & quodlibet metrum pedibus duobus, vt apud Terentium.

Sed eccum ipſum. Video, occidi.

Primum metrum ſeu menſura, quæ iambo & ſpondæo incedit, appellaretur Hebraice deleth, introitus & oſtium. Illa enim parte verſum ingredimur. Altera quæ anapæſto & iambo, Sogher & veluti clauſula. Claudit enim verſum, vt rectè à Munſtero deleth definiatur, primum rhythmi metrum, ſogher verò poſterius. Integer autem verſus baith, ideſt domus habens oſtium & interiora ad extremum vſque parietem.

L I N E Æ) שטה exponitur ab Elia in Maſ. oratione quinta poſteriorum tabularum שורת הספר linea libri, & vernacule vertitur *ranche*. ſic autem Noſter R. vocat totam Baith quòd lineam, vbi fert pagina, compleat. Nam alioqui hûc in modum metra duo chartæ anguſtia diſtrahi neceſſe eſt.

שמע קולי אשר תשמע בקולות׃
והאל המקבל התפילות׃

Ex quo Baith modo interpretati ſumus verſum, modo diſtichô, vt vtrunque percipi poſſet. Cęterum in hoc exemplo obſerua notam, qua deleth diſtinguitur à ſogher eſſe punctulum, & aliquãdo interuallum abſque vlla alia notula: cõtrà ſogher, qui finis eſt verſus, & baith duobus craſſiuſculis punctis terminari.

P A S V C) vt Latini & Græci paucos verſus pro numero appellant diſtichon, tetraſtichon, hexaſtichon, octaſtichon, decaſtichon: coaceruationẽ verò pluriũ, carmen, aut elegiã, odã, næniam, aliquóue alio nomine, ita Hebræi vocãt Paſuc, quaſi [illegible] & verſum Epigramma, vbi battim ſunt pauciores decem. Odam autem & carmen (hoc enim ſonat שירה] cum numerus ille exceditur. Pag. 151.

בתפלתי.) Verſus hic conſtat octo ſpondæis, hoc eſt, vt Hebræorum more loquamur, ſedecim ſyllabis longis, aut ſedecim motionibus. Præterea in eo deleth rhythmo non conuenit cum ſogher, vt intelligas id non eſſe perpetuum, ſed ſatis eſſe, vt verſus verſui conſonet, בית ſcilicet לבית. Huiuſmodi autem vocatur carmen Nexum, de quo paulo poſt.

I L L O R V M multiplices ſunt formæ) ſignificat carmen ſimplex vnius eſſe ſpeciei: mixtum autem diuerſarum, quod & docebit tertio pòſt capite: & huius nonnulli xvij. ſpecies pro varia iamborum, ſpondeorũ & ſyllabarũ collocatione atque ſitu numerant. Ibid.

I N C I S A) hîc diſtinctiones & commata, in quæ clauſula periodúſve inciditur, Ciceroniano verbo inciſa interpretatus ſum, atque inde inciſum carmen, quod in multas ſubdiſtinctiones diſſecatur. Pag. 152.

T O L E R A B I L E) Heb. עובר trãſiens, vt cum noſtri diſputatores dicunt, Trãſeat, de re parum apta, ſic Galli *Cela peut paßer.* Ibid.

hoc carminis genus Munſterus vocat tranſiens atque vulgare.

Pag. 153. EXERCITATISSIMI.] ſic eos appellat qui optime vti norunt lingua Hebraica, tenéntque veram, exactam & paulo curioſiorem literarum punctorúmque omnium vocalium pronunciationem, quales feruntur ben Aſer & ben Nephtali, eorúmque diſcipuli, & quos in hoc argumento Elias in ſuis in grammaticam R. Moſe Kimhi cōmentariis, homines Tyberiadis appellat. de hac re multa initio noſtræ Iſagoges Rabbinicæ. Elias in Tisbi בקיא [quæ vox hic reperitur] eum eſſe dicit in quo ineſt aliquid vſus in quadam diſciplina aut arte, vocaríque Italice Practicum.

IN CAP. III.

Ibid. SIMPLEX] hoc carminis genus conſtat ex meris ſpondæis ſeu motionibus. Numerus autem ſyllabarum, quibus abſoluitur, certo deſignari non poteſt: modo enim pluribus, modo paucioribus pro dicentis conſilio conficitur. deinde quod etiam in ſequētibus generibus vſu venire poteſt, interdum paribus ſyllabis conſtat, interdum imparibus. Quod puto tractum è noſtrorum acatalectis & hypercatalectis, deinde monometris, dimetris, trimetris, & tetrametris, vt enim hi verſus cum in eis nihil abundat, neque deſideratur quicquam, nūcupātur acatalecti: cum aliquid redundat, hypercatalecti: cum ſyllaba deeſt, catalectici: cum duę, brachy catalecti: ita Hebræorū binarij, quaternarij, ſenarij, octonarij nūc pares ſunt, nunc ſyllaba redundantes, interdū etiā non ſatis pleni.

Pag. 156. PIZMON] Elias in Tisbi, Pizmon dicit quædam appellari carmina, à clamore, nonnullorum quidem ſententia, cum tamen proprie, inquit, neſciant quid rei ſit, incóperto adhuc etymo. Eſt & aliud carminum genus quod ſabbatis & diebus feſtis canunt, reſpondétque hymnis feſtorum, quibus Chriſtiani Dei beneficia in noſtris tēplis celebramus, nomine קרובין vel קרובות. omnia autem hæc generaliter vocantur פיוטים, ideſt poeſes. His generibus refertum eſt Breuiarium Hebræorum.

Pag. 158. PHVRIM] Iam à temporibus Eſteræ Perſarum reginæ, inſtitutum fuit feſtum in recordationem liberati populi domini ex furentibus decretis Hamanis, qui erat à ſigillis regis Aſſueri, appellatúmque Phurim, veluti ſortium feſtum, quòd contra ſortes quas iecerat Haman in perniciē Iudæorum, ſalus Dei numine eluxiſſet. vide nonum caput libri Eſteræ.

NONNVLLORVM CANTICORVM,
quorum initium in hoc libello citabatur exempli cauſa, Latina conuerſio, eodem interprete.

DEPRECATIO EX QVARTA SPECIE.
שמע קולי

AVDI vocem meã, qui audis voces,
Et Deus qui ſuſcipis orationes.
Qui facis abſq; perueſtigatione ingẽtia
Mirabiliáque, metuendus operibus:
Sapiens, & permanes in perpetuum,
Fortis vltra omnes poteſtates:
Miſericors, miſerator & bonus,
Beneficus & multiplicans propitiationes,
Qui promiſiſti Abrahamo, & Iſaaco,
Iacobo quoque, te impleturum cunctas petitiones:
Adfuiſti in carcere Ioſepho,
Ex fouea ſubducẽs eum ad res magnas.
Exaudiſti in Aegypto populum tuum,
Educẽs illum ex oneribus in libertatẽ:
Traiiciens eum per mare
Demerſo in voragines ipſorum hoſte.
Allocutus es in monte Sinai Moſem,
Et miſiſti eum bonitate tua in redemptionem.
Reſpondens Aaroni *in thymiamate,*
Atque etiam ipſi Phineæ *in iuris executione.*
Ioſueo, Heli, ac Hannæ
C*um ipſa verbis adoraret.*
S*amuelem in ſalute exaudiens,*
Et puerperas ſuper ipſarum ſede.
Item S*alomonem multa fruentẽ pace,*
Et *Dauidem, qui tibi cecinit* [a] *in gradibus.*
Reſpondiſti Eliæ in Carmelo,
Et ignem qui alimenta conſumeret miſiſti cœlitus.

Eliſeo quoque in ſalute,
Et Ezechiæ in aqueductibus.
Quinetiam Ionæ in corde maris
Extrahens illum in lucem è tenebris.
Adfuiſti Ananiæ & *Azariæ*
Et *Miſaeli in liberationibus, mira præſtando.*
Danieli ſimiliter miſerationibus tuis,
P*er angelum eum liberans à leonibus.*
Item Mardocheo & Eſteræ,
L*aboribus illorum cum exultatione commutatis.*
Exaudiſti in auxilio Ezram,
Machabæos: tanquam exercitus
In medio globo [b] *Homin*
Quo tempore iurauit per nomen tuum [c] *inſigne operibus.*
Exoratum te exhibuiſti piis, iuſtiſque omnibus
Qui quouis ſeculo fuerunt in eccleſiis.
Succurrens nauibus marinis ſæuiente turbine,
Et afflictis inualeſcente ægritudine.
Preſto errantibus per ſolitudines,
Atque iis qui compedibus vincti ſunt.
Reſpondens cunctis inclamantibus & inuocantibus,
Atque orando ad te venientibus.
Exaudi pauperem humillimũ omniũ.
Tolle peccatum eius, ſuſcipiens precem
Produc queſo miſeratione tua annos eius:
M*anda, vt impleantur cunctæ petitiones ipſius.*

Precatio Iudæorum ex ipſorum Breuiario.

b *In exercitibus vel ſemita.*

c *Multũ*

a *Alluſio ad Cantica graduũ quæ noſtri vertunt à Pſal. cxx. ad cxxxiiij.*

Aeſtimato precationes eius thuris loco,
Coram te (ſint) ſicut oblationes & holocauſta.
Atque ô Deus, qui ſuſcipis preces,
Exaudi vocem meam qui audis voces.

ODA EODEM, AC SVperior metro, in qua Hebraice ſeruatur ordo alphabeticus.

אלוה אל תדינני

Deus mi, ne me indices iuxta preuaricationem meam:
Ne metiare in ſinum meum operationem meam.
Per indulgentiam tuam parce mihi & viuam,
Ne queſo Deus rependas mihi pro meritis.
Superbiam animi mei tibi ſummittam & lacerabo
In dolore meo cor meum, non tunicam.
f vel ô petra mea. *Aeger corde ſum, torpens & afflictus*
Ob ſcelus meum & multitudinem impietatis ſtultitieque mee.
Percuſſus labore, non vino, pene
Greſſus meus à ſemina tua motus eſt & pes meus.
Et quid reſpõdebo, quóve ad auxilium reſpiciam?
g In alio exẽplari, requiem tuam. *In die iudicij ad quem confugiam? & quis mihi (adiutor?)*
Superbia mea obuerſatur vultui oculiſque meis,
Ignominia mea contra ex aduerſo mei eſt.
Peccata mea ô ſi perceperint vicini mei,
Tũ fugiunt & abſcedũt à termino meo.
d Propter eadmirabili. *Pollutus animo ſum, redit & circuit*
Cor meum in me [d] ſuper omni peccato e capitali.

Noui illa cũ aſcendunt in animũ meũ,
Vidi ea tam ad dextrã quã lauã meã.
Vt ſtipula diſcuſſa ego agitor & impellor,
Neque remittitur aut inhibetur labor meus.
Ad te oculi mei in deprecatione mea ô domine,
Dum ſuſpiro, exaudi loquelam meam & vocem,
Pars hereditatis mee, & petra fortitudinis deſideriíque mei,
Spes mea, potentia atque robur meum.
Duc me quaſo per viam equam
Coram te, & dirige ſemitam meam.
Parce peccato meo, & adapta cor meũ,
Quod nõ ſecus errat, atque paſtor ſtultus.
Exaudi clamorem meum cum pulſo fores tuas:
Vide [f] figuram meam, cura dolorem & tormina mea,
Redime me ab iniquitate mea ô petra decoris mei.
O meum in exilio & infirmitate robur,
O balſamum doloris mei, gaudiũ cordis in ventre meo.
Letitia mea in ſuſpirio meo & luctu.
Pullato vultu tibi ambulabo incuruatus,
Abſque robore, [g] propitiationem tuam cum poſtulabo,
Vide vt memoria tui, ô Deus, in medio cordis mei ſit,
In cogitatiõe mea diurna & nocturna.
Reſpice me queſo, acceptum me habe, o Deus veritatis,
Placeátque tibi donũ laudationis mee.
Perducito me ad dies ſtatutos finis mei,
Et paſce me diebus etatis, ſeculiq; mei:
Parce mihi & expia opus meum,

Et attende ad carmen meum, ſicut ad canticum[h] *Muſi & Mahli.*
Et quando adduces creaturã tuam ad iudicium,
Deus mi, ne iudices me ſecundum præuaricationem meam.

ODA TERTIA EODEM metro.

Coram te domine omne deſideriũ meũ,
Etiam ſi non illud ſuſtulero ad labia mea.
Velis precor placide vt expirem.
Quis verò dabit vt ſuccedat votũ meũ,
Atque deponam reliquum ſpiritus mei in manu tua,
Et dormiã, dulceſcátque mihi ſomnus meus?
Cùm ſummoueor à te vita mea mors eſt:
Quod ſi adhæreã tibi, mors mea vita eſt
Verum haud ſcio in quo præueniam,
Aut quod erit miniſteriũ meũ & lex.
Vias tuas domine doce me,
Et reſtitue à vinculo ſtultitiæ captiuitatem meam.
Doce me dum adhuc in me eſt facultas,
Vt me affligam, & ne deſpicias [i] *clamorem meum.*
[k] *Ante diem quo ero mihi onus.*
Et diem quo grauis erit pars mea parti meæ:
Humiliabórque vel inuitus, & abſumet
Oſſa mea tinea, & fatigabuntur ſubſtinendo me.
Petam locũ quo peruenere patres mei,
Et in loco mãſionis eorum manſio mea.
Sicut peregrinus, hoſpes ſum in ſuperficie terræ,
Et certe quia in viſceribus eius hæreditas mea eſt.

Pueritia mea huc uſque ſuæ indulſit libidini.
Ecquando verò proſpiciam domui meæ?
Mundus qui ſubſedit in corde meo,
Obſuit, quominus inquirerem extrema mea,
Et quomodo colam creatorem meũ, cũ adhuc
Vinctus ſim fomitis mei? & ſeruus concupiſcentiæ meæ?
Quo pacto gradum ſublimem perquirã,
Cũ cras mihi vermis futurus ſit ſororis loco?
Quo pacto lætũ erit in die boni cor meũ,
Cum neſciam an læta mihi futura ſit dies craſtina?
Dies & noctes dulces,
Ad conſummandam carnem meam vſque ad interitum mei.
Et inflatum diſpergẽt dimidium mei,
Et in puluerẽ redigent partem alterã.
Et quid dicam cum ſomes meus perſequatur me,
Sicut hoſtis à pueritia mea ad ſenectutem?
Quid verò mihi de tempore, niſi beneplacitum tuum?
Quod ſi portio mea tu non es, quæ portio mea?
Ego operibus ſpoliatus & nudus,
Iuſtitia autem tua ſola mihi eſt veſtimentum.
Sed quid adhuc producam linguam & poſtulabo
Domine coram te deſiderium meum?

ODA QVARTA ex quinto carminum genere.

לך אליתשוקתי

AD te Deus mi deſiderium meum,

h Horũ familia præeras cantoribus, & canebat corã tabernaculo Domini 1. Para. 6.

i afflictionem meam

k ante tẽpus ſenectutis doce me

In te appetitio mea & amor meus.
Ad te cor meum & renes mei,
Spiritus ménſque mea.
Ad te manus meæ & pedes mei,
A te eſt ^ diſpoſitio mea.
^ Corporis conſtitutio. Ad te os meum & ſanguis meus,
Cutis mea cum corpore.
Ad te oculi mei, cogitationes meæ,
Forma mea & ſapientia.
Ad te ſpiritus meus, in te vis mea,
Spes, fiduciáque mea.
Tibi cor, ſanguinem, adipem,
Tanquam ouis offero, holocauſtũ ſimul meum.
Tibi vni non alteri,
* Anima. Tibi confitetur * vnica mea.
Te regnum, magnificentia,
Laudatióque decet.
In te auxilium anguſtiæ tempore,
Eſto præſidiũ meum in mea afflictione.
In te ſpero quo tempore torqueor,
Vt puerpera in gemitu ſuo.
In te fiducia mea, ſana contritionem meam,
Dolorem meum, meámque plagam.
Tibi rugiam & non ſilebo,
Quoúſque illuſtraueris tenebras meas.
Tua eſt victoria, in te confido,
Túque es potentia mea.
Ad te clamabo, tibi cohæreſcam
Donec redactus fuero in meũ puluerẽ.
Tuus ſum quandiu viuo,
Quanto magis poſt meum obitum?
Tibi patefaciam & confitebor
Peccatum & impietatem meam,
Tibi incuruabor & pangam palmas:
Audi obſecro deprecationem meam.
Tibi animo fracto lachrimabor
In copia loquelæ & moleſtiæ meæ.
Tibi benignitas, tibi indulgentia,
Miſerare omnes labores meos.

Maius eſt quam vt feram peccatum meum,
Creuit manus rebellionis meæ,
Propteréaque aucti ſunt dolores mei,
Et meſſui ſationem meam.
Heu me, hei mihi, ſi
Iudices me pro impietate mea.
Fomes meus obſidet me perpetuò,
Vt aduerſarius oppoſitus mihi.
[illegible]uluit & ſeduxit me.
C[illegible]ſiliis mihi pernicioſis.
Ob illum, non ob alterum,
Violentia mea & ob murmurationes.
Quando aſcendunt in cor meum
Iniquitates meæ in lecto meo.
Valde paueo atque etiam tremo,
Admodum augetur fremitus meus.
Contremiſco ſi quando recorder.
Coram te fremitus meus
Et ante conſiſto nudus.
Quæ vero erit reſponſio mea
Quo die teſtificabitur in me mẽdacium meum?
Et comedetè fructu legis meæ,
Veniéntque dies retributionis,
Propinquabitque tempus viſitationis meæ?
Auditum tuum quando percepi,
Turbatus ſum admodum & timui.
Ecquis ſtabit in conſpectu tuo?
Ecquis erit pro me?
Quo pacto tibi cum eis habitabis?
Quomodo iuſtificabor defenſione mea?
Deliqui, inſidiatus ſum,
Perfidioſe egi & contemptim.
Rapui, furatus ſum,
Malè feci & impie:
Quin etiam ſuperby atque violẽtus fui:
Peccaui & ad peccandum induxi alios,
Mentitus ſum & blaſphemaui,
Erraui ac alios ſeduxi.

...lios propinaui, & deriſi,
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...
...np...
...oſus fui in ſenectute.
...aſtidiui legem tuam,
Meam vero delegi.
Deſerui voluntatem tuam,
Concupiſcentiam autem meam ſecta-
tus ſum.
Impleui libidinem fomitis mei,
Nec attendi ad nouiſſima mea:
De induſtria peccatum adieci
Ad impietatem & delicta mea:
Vt proinde operuerit vultum meum
Ignominia mea atque pudor.
Nec eſt mihi prater te refugium,
Et à te eſt propitiatio mea.
Qui miſereatur nullus eſt prater te,
Ac à te venia mea.
Quod ſi ingreſſus fueris in iudicium
Cum ſeruo tuo, quod erit robur meum?
Quid ego? quid vita mea?
Quæ vis mea aut fortitudo?
Tāquam ſtipula agitata ego impellor,
...pacto igitur recordaris erroris
...
...defectus ſum,
...ne ignominia.
...tuum obſecro iugiter,

Vt impleat petitionem meam.
Multum ablue me ab iniquitate mea,
Et peccato meo.
Inſpice multitudinem laborū meorum,
Extenuatus ſum in exilio meo.
Ne quæſo abſcondas aurem tuam,
Meo pro refocillatione clamori.
Dulciter affice ſeruum tuum in bonum,
Dic quæſo anguſtiæ meæ, ſatis eſt.
Oſtende mihi ſalutem tuam,
Ante diem mortis meæ.
Quo die cecidero in laqueum [v] *venan-
tis me,*
Suſtine quæſo lapſum meum.
Abſynthio ſatiata eſt anima mea
Adeo vt me taeduerit viuere.
Fac mecum ſignum in bonum,
Etiam conſurge ad opem meam.
Tu certe es portio hæreditatis meæ,
Iubilatio mea & bonum meum,
Sors mea, laus mea,
Tota exultatio mea & gaudium,
*Lætitia cordis mei & lumen oculorum
meorum,*
Ab initio deſiderium meum,
Tranquillitas mea & oblectatio,
Qui es mea & clamor meus,
Imbue me cultu tuo
Tibique ſit cultus meus.
Conuerte me & conuertar
Et acceptam habe reſipiſcentiā meam
Doce me vias tuas,
Et dirige ſemitam meam.
Audi orationem meam,
Exaudi deprecationem meam.
Toto corde quæſiui te,
Exaudi me Deus inquiſitionis meæ.
Fundam lachrimas meas ad te,
Dele peccatum meum lachrimis meis.
Portio mea, inquit anima mea,
Dominus atque hæreditas mea eſt.

[v] Illaqueationis mea

Collige precor iniquitates meas
Per miſericordiã die interitus mei.
Et quo die pergam ad cõſpectum tuum
Gratum habe iter meum.
Et cum ijs qui executi ſunt voluntatem tuam,
Tribue mercedem operis mei.
Mittens angelos gratiæ
Vt procedant in occurſum meum,
Et dicant, fauſtus eſto aduentus tuus.

HOLOCAVSTVM MATVTINVM

Salomonis ben Gebirolis è nona ſpecie.

שחר אבקשך

Diluculo quæram te, ô petra et preſidium meum:
Inſtruam coram te matutinam & veſpertinam orationem.
Coram magnitudine tua ſtabo territus:
Oculus enim tuus cernit omnes cogitationes cordis mei.
Quid iſtud quod poteſt cor & lingua
Facere, & quæ vis mea? ¹ ſpiritus meus in medio mei.
En tibi placet cantio hominis, proptereáque
Laudabo te tantiſper dum ſpiraculum Dei in me fuerit.

¹ Reſpondes interrogationi, eſt in quis flatus & tãquam halitus in me, ſic, Pſal. Spiritus vadens & non rediens.

Deo laus, honor & gloria.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE